MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80188-2

AUTHOR: VARRO, MARCUS TERENTIUS

TITLE: DE LINGUA LATINA QUI SUPERSUNT,....

PLACE: BEROLINI

DATE: 1826

Master Negative #

91-80188-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

De lingua Latina.
1826.

Varro, Marcus Terentius.
De lingua Latina libri qui supersunt, ex codicum vetustissimarumque editionum auctoritate integra lectione adiecta recensuit Leonhardus Spengel ... Accedit index Graecorum locorum apud Priscianum quae exstant ex codice Monacensi supplementum editionis Krehlianae. Berolini, sumtibus Dunckeri, 1826.
lxvii, 726 p. 21½ cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8-13-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

M. L. Carle

M. TERENTI VARRONIS
DE
LINGUA LATINA
LIBRI QUI SUPERSUNT

EX
CODICUM VETUSTISSIMARUMQUE EDITIONUM
AUCTORITATE
INTEGRA LECTIONE ADIECTA

RECENSUIT

LEONHARDUS SPENGEL
MONACENSIS

ACCEDIT INDEX GRAECORUM LOCORUM
APUD PRISCIANUM QUAE EXSTANT
EX CODICE MONACENSI
SUPPLEMENTUM EDITIONIS KREHLIANAE

BEROLINI
SUMTIBUS DUNCKERI ET HUMBLOTII
MDCCCXXVI.

FRIDERICO THIERSCHIO

D.

EDITOR.

[* 2]

PRAEFATIO EDITORIS.

Scripti Varronis libri de lingua latina rari atque diversae sunt notae; alii enim negligenter descripti ut plurima desiderentur, alii miro modo interpolati, tertii qui et vetustissimi et optimi, haud raro quidem corrupta praebent et difficilia explanatu, ubique tamen veritatis prae se ferunt vestigia, quibus facilius integram lectionem eruere valeamus. Eiusdem generis sunt editi, ex variis illis excusi; nam editio princeps et secunda omittunt multa, plura falsa exhibent; optimos libros sequitur Rholandellus; multo minoris auctoritatis, quam nunc fere omnes manibus tenent est Augustini recensio. Libros emendatricem perpessos manum nactus, qui ulcera magis tegunt quam iis medentur, cum multa non improbabilia praestent, qualem nemo ante viderat Varronem, emisit. Tres omnino sunt viri qui codicum auxilio multum ad Varronis haec fragmenta restituenda contulerunt. Rholandellum supra laudatum Adr. Turnebus et in adversariis et in notis postumis

priores ternos libros diligenter enodans excipit. Tertius est Gasp. Scioppius sive ut verius dicamus, Fulv. Ursinus, qui bonis exstructus copiis veterem lectionem ab Augustino exulatam, saepius feliciter emendatam reduxit. Sed singula iam perlustremus.

Codex Florentinus.

Praestantis huius codicis varietatem magna cum cura enotatam Petri Victorii debemus diligentiae, qui in fine editionis principis *) quam ad libri lectionem describendam adhibuit, haec monet: *Petrus Victorius ac Jacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex divi Marci Bibliotheca literis longobardis exarato, tanta diligentia sive potius morosa observatione, ut vel quae in eo corrupte legebantur, in hunc transtulerimus.*

Die XIIII. Aprilis M.D.X.XI.

Codex membranaceus saeculi XI, praeter hos Varronis libros continens Ciceronis pro Aulo Cluentio orationem fol. 316—40 et libros ad Herennium fol. 50—83. Hieron. Lagomarsinius apud Bandinium in bibl. Laurent. catal. tomo II, pag. 529 seqq., hunc Victorii codicem Marcianum

*) Asservatur in bibliotheca Monac. unde et hunc librum et omnes veteres editt. quas qui illarum copiaram curam gerunt, pro sua humanitate et bonas litteras promovendi studio mihi utendas benignissime concesserant, in usum nostrum convertimus.

alium atque Laurentianum esse multis docere studet exemplis, quae nihil probant; Victorius enim in Var. lect. codicis scripturam non ubique diligenter notavit quo factum ut ille falleretur; quae vero in editionem principem transtulit, omnia cum Lagomarsinii varietate conveniunt, si eximis locum qui exstat pag. 380 *clamore bovantes;* ibi enim Florent. autore Lagom. quod Victorium fugit, cum Havn. et Paris. a *clamorem*, idque nobis erat reponendum, et pag. 324 Victorius ex Flor. *Argivis cibum*, ex quo Lagomars. *Argivis et apte cibum* affert; etenim Edit. princ. habet *argivis et aptius cibum;* Victorius media delevit, ex Florent. fortasse alteram adscribere lectionem *et apte* oblitus. Multo maior est ratio quam idem profert, librarium verba (pag. 123.) *in lavatrinam aquam fundunt* cum illis ex libro sexto (pag. 238.) *sic enim aedis sacra a magistratu praeeunte dicendo dedicatur* perpetua scriptione in eadem pagina ut media omnia desiderarentur, coniunxisse. At nihil deest in Victorii codice. Quod quale sit, qui librum non inspexi nescio; notandum tamen eundem Lagomarsinium paulo supra, alia manu saeculi XVI in calce fol. 7 b adnotatum legi: *Hic multa desunt quae in codicibus impressis habentur*, monere, ut haud sciam an post Victorii aetatem folia illa exscissa fuerint. Denique nec Bandinio iusto harum rerum auctori, qui Laurentianum codicem

ad Marcianam pertinuisse olim bibliothecam certa ostendit ratione, persuasit.

Hunc Florentinum omnium esse parentem et antiquissimum Angelus Majus in praefat. ad Cicer. de Republ. pag. XX prodit; codex tamen Havn. et Paris. a, qui cum hoc Flor. optimi sunt, ex alio vetustiore fonte fluxisse videntur; saepius enim discrepant antiquiorem scribendi rationem servantes, ut *quom*, *quoi*, *quoius*, quae raro in Florent. offendas. Item graeca quaedam vocabula in hoc latinis exarata sunt litteris quae partim integra, partim mutila in Paris. a et Havn. graeca leguntur, atque e contrario ille multa habet graeca quae in his desiderantur. Tum lacunae varie notatae v. c. pag. 313 in Paris. a et Havn. *Hic spatium decem linearum relictum erat in exemplari*, in Flor. hiatus quidem plurium versuum, sed quot desint versus animadversum non exstat; pag. 454. in Florent. magna folii pars vacua est; at Paris. a margo haec praebet: *Hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari;* sic solus Florent. verum librorum numerum tenet, Havn. et Par. a nullum, alii falsum dant. Haec et multa alia diversam ostendunt horum codicum manum, a quibus ceteri libri mirum quantum desciscunt. At in omnibus eaedem lacunae inveniuntur ut magnam horum partem iam dudum intercidisse appareat.

Ex Florent. Victorius saepius litteras .T. et

Θ apposuit; conf. Villois. Prolegg. ad Hom. pag. XX. Littera .T. non nisi in quinto libro occurrit pag. 124, 127, 131, 134, 142, 145, 146, 147, 149, 153, 158, 168, 170, 174; haec fere omnia loca paucis exceptis minime sana et restituta, sed corrupta et mendosa sunt. Altera autem littera Θ primum libro septimo et deinde saepius addita pag. 308, 330, 355, 365, 373, 403, 406, 419, 470, item conf. pag. 521; utrumque medio in versu est pag. 144. Littera .d. legitur pag. 262, fort. *dubium*, et pag. 401: *Hic error non parvus.*

Ante Victorium hunc codicem excusserant Ang. Politianus, (conf. pag. 63,) et Franc. Puccius (pag. 89.). Turnebi lectiones in postumis interdum cum Florent. consentiunt et ad V, 10. *Victoriani* libri varietatem a Victorio ipso nusquam prolatam commemorat; itaque videtur exemplum ab hoc commodatum accepisse.

Huius fidem nos ut certissimam vel in iis quae aperte sunt falsa, sequi non dubitavimus; magis enim auctori conducit, corruptam quidem in textu servare lectionem, at ex antiquissimo expressam, quam novelli cuiusdam libri interpolatam scripturam quantumvis speciosam recipere. Facile in iis sagaciores quod verum sit indagent, hi vitium magis occultant quam tollunt, et infelices semper eorum invenies conatus, qui ceteris libris neglectis, quod in Varrone accidit, emendatos codices denuo studeant emendare.

Codex Havniensis.

Chartaceus forma quam dicunt quadratam minorem fol. 108 constans, sub finem ut videtur saeculi XIV scriptus. Contulit in usum Koehleri beati novam Varronis editionem parantis magna cum cura B. G. Niebuhr V. Cl.; pars quaedam varietatis edita in *Archiv für Philologie und Pädagogik* tom. I. fasc. I. et tom. II. fasc. I. a Seebodio V. D. quem ut integram libri boni lectionem nobis concederet cum precibus adiissemus, pro humanitate sua benignissime transmisit. Interdum librarii negligentia cuius oculi ab uno ad alterum simile vel idem aberrarunt vocabulum, quaedam desiderantur. Plura desunt in hoc codice pag. 242, ubi haec leguntur *Item ab legendo leguli qui dicam, ut non spondet ille* posteriora excipit pag. 248, 6, nec ullum lacunae apparet vestigium; totam igitur in foliis vertendis paginam omisit librarius. Ad VIII, 6. pag. 404. in margine libri scriptum: *nota, semper hic dativum genitivo anteponi*, quod sane tam ex Varronis est more ut quae contraria sint exempla emendatione indigere videantur. Pag. 570: *quod sit primo versu hic albus, huic albo, huius albi; secundo haec alba, huic albae, huius albae; tertio hoc album, huic albo, huius albi*, quod omnes servant libri, ex nostra dicendi ratione Scioppius dativum genitivo postposuit; fortasse quod supra pag. 556 legitur: *transversi sunt qui ab recto*

casu obliqui declinantur, ut albus, albi, albo; malim et hic *albus, albo, albi.* Saepius quoque varietas veterem illam distinctionem commendans accedit, ut pag. 481; et quae pag. 589 scripta sunt *quod dicamus hic nequam et huius nequam et huic nequam; quom enim dicimus hic nequam et huius nequam, tum hominis eius quem volumus ostendere esse nequam dicimus casus* aliter quidem in aliis libris; sed *et huic nequam* ab aliena manu esse adiecta, ex iis quae proxime sequuntur ubi deest dandi casus, coniicias. Plurimis exemplis repugnat unus locus qui exstat pag. 438 ipse fortasse ad recentiorum morem correctus.

Parisiensis a. nro. 7489.

Ex Bibliotheca Regia *) nro. 7489, saeculo XV exaratus chartaceus. Varronis libri usque ad folium rectum 56 pertinent, sequunturque quatuor folia vacua atque inde geographia incipit Pomponii Melae usque ad finem codicis. Libri Varronis magnis spatiis et ingenti littera initiali rubricata distinguntur; tituli omnino desunt, nisi quod in septimi (vulgo *sexti*) libri principio, tertio eorum qui supersunt notatum: *Hic deest in exemplari fol. 1. in quo est principium libri IIII.*

*) Parisienses codices a b c, quo magis haec nostra editio in re critica esset exstructa atque utilis, auctore Hasio V. Illustr. redemptores conferendos curarunt. Varietatem calci adiectam, qua in textu reddendo, tum iam excuso, me uti non potuisse valde doleo, diligentissime ut nihil desideraremus, enotavit Donndorfius.

Codex hic accurate descriptus, ex eadem qua Florent. et Havn. origine optimae est notae; his interdum praestat, ut pag. 260:

Ab audiendo etiam Auscultare declinatum quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum poetae
audio aut ausculto

ubi *aut* quod delendum esse monui in notis, re vera in Par. a desideratur; similiter pag. 274 in loco corrupto quem vix integrum reddere valemus, solus servavit litteram *i*, scribens *cum e i.* Interdum glossemata quae nimium hos Varronis libros augent, omittit ut pag. 242 *legere quod leguntur* etc.; reliqui omnes *legere dictum quod leguntur.* Pag. 133 hic codex *speculum ... quod ibi se spectant* ut Turn. et Sciopp., quos ex libris, non conj. illud dedisse docemur; nolim tamen lectionem *ibi espectant*, vel *exspectant* mutari. Pag. 171 loco *in proportione* unus hic Paris. cum Prisciano *et sic proportione* reddit, quod erat recipiendum, ut paulo supra pag. 170 sensu flagitante, et Paris., qui *vigessis* exhibet, suadente ex eodem Prisciano *vicessis* pro *bicessis* reponas velim.

Graecis vocabulis omissis vacuum relictum est spatium; multo frequentius quam in Havn. *quom, aliquoius* aliaque similia occurrunt nusquam non Varroni reddenda. Idem hic liber morem fere constantem servat ut praepositioni *a* apostrophus adiectus sit, v. c. *a' modo, a' quo, a' cibo*, et *e' o.* Geminatae litterae interdum semel scriptae sunt, ut *atributum, eferrescat, mitere;* sed cod. Paris. b scribit *actributum, mictere, scilentium* saeculi illius more; inde *Actius, Cocta* alia derivanda.

Parisiensis b. nro. 6142.

Chartaceus saec. XV. exaratus continet tres libros priores, qui in nostra editione vocantur quintus, sextus, septimus. Initium rubricatis litteris est:

Marci Varronis viri peritissimi ac prestantissimi Liber primus de lingua latina ad marcum tullium feliciter incipit. Amen.

Libri octavi initium subiungitur usque ad pag. 396, ubi desinit excerptum his verbis:

ut illuc essent future quo declinarentur. Amen.
FINIS: deo gratias.

Graeca vocabula ad unum omnia sunt omissa, et codex hic tam multis refertus est mendis ut vix ullam e verbis sententiam elicere valeas, ideo tamen minime negligendus; ex vetusto enim libro descriptus est, nec raro lectionem ceteris meliorem suggerit, v. c. pag. 181. *Stipa ab στοιβῇ fortasse graeco verbo* quod conieci *stips*, solus hic exhibet codex, item pag. 251 *canere et canit et succanit*, ubi medium verbum corruptum est; flagitatur enim compositum, ex Havn. *a canit* facile quidem quisque emendarit *accanit*, quod dilucide in hoc codice scriptum est.

Pag. 312 *in multis verbis in quod antiqui dicebant S, postea,* ut veteres exhibent libri, alii *in quo.* Delendam esse praepositionem censui, ut ex Varronis more sit quod alii dicunt, *quod antiqui in multis verbis dicebant;* Paris. b, *in* omittit, pro *quod* tamen *quo* exhibens. Pag. 267 *solitum esse iubere* hic liber cum Victorio et Scioppio; reliqui *solitum tum esse iubere.* Pag. 257 *dictum cerno a cereo id est a creando* in cod. b *cereo id est* desunt, spatio plurium vocum capace relicto, ut nescio quod graecum vocabulum Varro scripsisse videatur. Inprimis quod libri ostendit notam, desiderantur glossemata ab aliis addita ut pag. 139 *Falces sirpiculae vocatae ab sirpando id est ab alligando* omissa sunt in cod. b *id est ab alligando,* ex seqq. *sic sirpata dolia quom alligata etc.*, haud dubie inlata; pag. 302, *deos geminos id est Apollinem et Dianam* deest *id est* item pag. 337; pag. 214. *de hinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero* omittit *deinceps* et ibidem *Februarius quod* pro *februarius appellatur quod* ut ceteri omnes servant; posterius a Varrone cum praecedat *Januarius appellatus* commode omissum, pag. 365. *in Graecia commota mente quos λυμφολήπτους appellant, ab eo Lymphatos dixerunt nostri.* deest in hoc libro *dixerunt.* Talia explanandi causa a lectore supra versum notata sensim textum occupabant; plura quibus magis id elucescat infra dabimus

exempla. Pag. 215 *hactenus sit satis dictum,* cod. b om. *satis* quod si auctor dedisset, non *hactenus* scripsisset. Pag. 229. *hinc effari templa dicuntur ab auguribus,* codex om. *dicuntur;* pag. 308 *dictum fretum,* codex b *fretum dictum,* ut Varronem *fretum* solum sine verbo scripsisse non iniuria coniicias; eadem varietas alibi quoque haud rara, ut pag. 323 *Tartarino a tartaro dictum;* alii *t. dicta a tartaro*, codex b *dicto;* repone *Tartarino a tartaro;* pag. 327 *orator ab oratione dictus*, alii et meliores quidem *orator dictus ab oratione*, fort. *orator ab oratione* et quae sunt plura id genus loca. Sic alia exstant vel non exstant in hoc codice quae cuivis hos libros emendare studenti apprime attendenda. Duplex lectio occurrit pag. 273 *augur consuli adest tunc cum adest tu cum exercitus*, est enim varietas *tum cum* et *tunc cum.* Codex cum neglegentissime sit descriptus, quod ad casus aut tempora attinet, cautione opus est, ne quae librarii sint, Varronis esse tibi persuadeas, sic *coius, conis, quo vis* alia pro *quoius* leguntur; pag. 188 *unde veniunt crepusci nominati Amiterno qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce in creatione* Cod. b *prima luci* unde facile corrigas *primo luci* Varroni non inusitatum; nullam tamen huic libro his in rebus fidem praesto; sic pag. 200 genitivus *die* occurrit: *aliquot huius die vestigia* quem alibi frustra in Varrone quaesiveris, sed

recte idem liber pag. 337 in verbis ex XII tabulis *solis occasu die suprema tempestas esto*, reliqui omnes *diei*. Verum videtur quod in hoc pag. 363 *numen dicunt esse imperium* invenitur: *numen dicunt antiqui imperium*.

Parisiensis c. nro. 7535.

Est fragmentum librorum de lingua latina; habet librum quintum incipientem fol. 1 recto; desinit imperfecte fol. 20 recto et imo his verbis: *in poculis erant patere ab eo quod Latini sic dicte* quae incidunt in pag. 127. Sequuntur folia quatuor vacua; reliqua codicis satis spissi alia prorsusque diversa continent. Graeca vocabula in hoc codice, tum in proxime superiore omnia praetermissa sunt. Titulus libri quem in scripto legi negavimus hic est:

MARCI: TERENTII: VARRONIS:
DE: LINGVA: LATINA: DEDISCI-
PLINA: ORIGINV̄ VERBORVM: AD
CICERONEM: LIBER QVARTVS:
FELICITER: INCIPIT

quae nostram de librorum divisione sententiam refutare videantur. Notandum vero hunc codicem saeculo decimo sexto, fortasse post Aldi editionem exaratum esse, et prima auctoris verba, quicunque inscriptionem illam dederat, eadem ratione qua Aldini libri editorem et omnes qui postea secuti decipere poterant, ut de suo qui quintus esset, quartum diceret librum, nec quae monuimus ullo modo his infirmantur.

Codex hic nullam perpessus emendatricem manum, praecedenti non diligentius descriptus, est quando solus veram praestat lectionem; sic pag. 113 *succidia ab suibus caedendis; nam id pecus primum occidere coeperunt domini et ut servarent salire* postremum verbum in omnibus reliquis et scriptis et excusis usque ad Augustinum invenitur; ex Diomede vero *sallere* (ita enim mihi erat reddendum; male Augustinum secutus *salere* exhibui) Varronem dedisse docemur, quod dilucide in codice c servatum legitur. Pag. 43 vetusti libri omnes *Stagnum a graeco στεγνόν, quod nomen habet primam;* emendati infeliciter, Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. cum *primam* in mendo cubare perspexissent, *primum* corrigunt. Si quem alium auctoris locum, hunc certissime restituit Scaligerus: *quod non habet rimam;* nos ut ubique in iis quae misere corrupta sunt, si de emendationis veritate ambigi potest, ex lege nostra veterem retinuimus lectionem; minime tamen hic nimis fuisse religiosus nego; coniectura illa et sensum integrum reddit et vetustos libros proxime accedit; nam in codice c vere exstat *non* loco *nomen*, quae verba eodem modo in codicibus notari solent.

Codex B.

Contulit Petrus Victorius eiusque lectionem in Gryphii editione notavit usque ad pag. 511 in

qua desinit collatio. Liber valde interpolatus et correctus, quo eodem vel eiusdem familiae simili in Varrone edendo usus est Antonius Augustinus. Censuram et emendationis exempla infra exhibebimus.

Editio princeps
[Romae excusa anno 1471]

Desideratur et anni et loci indicium; conf. Dibdinus in Bibl. Spens. tom. III. pag. 116 nro. 585, qui aliorum refellit dubitationes. Est in forma quam dicunt quarta maiori; folium primum rectum editoris Pomponii Laeti praefationem continet, quam cum et ad nostram faceret rationem, integram descripsimus:

POMPONIVS. PLATINAE. S.
M. TERENTIVS. VARRO.

togatorum Literatissimus Inter innūabilia volumina ingenii sui: Vir romanus et qui solus Asinii Polliōis Iudicio uiuēs statuā ī bibliotheca palatina meruit: XII libros de lingua latina scripsit In pirmis tribus de Ethimologia: In secundis tribus ūde vocabula sīt imposita ī līgua latina et de poetarum consuetudine: a septimo ad decimū de analogia: In postremis tribus de copia verborum: quorum omnium etate nostra sex corrupti in manibus habentur. Eos monitu Lelii Vallensis magne et singularis doctrine: legi summa cura ac diligentia. Vbi librarii litteras mutaverūt correxi: In his que inscitia penitus corrupit

non ausus sum manum imponere ne forte magis depravarem: addidi tamen indicem per ordinem litterarum: ut qui nō nimis curiosi sint facilius inveniant. Tu qui castigatissime omnia inspicis si laborem hūc laudaveris habebunt mihi gratias qui legerunt: Sin minus: calamo non parcas: quoni am ego et scio non fallor in hac fece hominum tanti te facio quanti. M. Tulli cui dedicavit hos libros seculo eruditissimo fecit Varro: Vale.

Libri dicuntur *primus, secundus, tevtius;* tum *M. Terentii Varronis Analogie liber primus*, deinde fol. LI, *Liber Quintus;* ultimus titulo caret, et spatio duorum versuum relicto, quo a superiore distingueretur libro, ad finem usque pertinet, cui editoris epilogus hic adhaeret:

Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui legeris: si aliqua minus polita inveneris. Nam ita ex omni parte· siue seculum fecerit siue librarii Volumē quodvis corruptū erat ut necesse fuerit aucupari hinc inde sententias ideo sine rubore veniā dabis et Errori manū inponas Pōponius tuus orat Vale.

Graeca omnia desunt; quaedam latinis litteris expressa ut *cleptin*, et plura negligenter exciderunt in hoc codice, qui haud raro emendatricem perpessus manum, de qua re vide infra, non magni est pretii.

Commentarios in Varronis libros scripsit Pomponius Laetus nunquam quod scio in lucem edi-

tos; laudantur Bandinio in Catalogo Bibl. Laurent. tom. II, pag. 398 et in Anton. Augustini bibliotheca Nro. 513.

Editio vetustissima fol.
[Romae excusa anno 1474]

De hoc rarissimo libro, vid. Dibdinus l. l. pag. 118 nro. 587. Calci exemplaris nostri, quod in Regia Bibliotheca Monacensi asservatur, folium de editoris nomine eiusque in Varronem cura certiores nos faciens adhaeret, quod in omnibus exemplis, quibus ad describendam editionem bibliographi sunt usi, cum desideretur, quaecunque in illa leguntur pagina integra, ut ibi exstant, huc transferamus:

ANGELVS. Tifernaſ Alexandro Iustino. S. D. Compēdiosa Varronīſ brevitaſ paucīſ tecum monet agere mi Alexander. adde etiam sperate letitie magnitudinem. Que noſ distrahere paululum: non divertere omnino a litterīſ debet. Quam magnum: dii boni: gaudium conceptavimus: postquam nuntiatum est Laurentium genitorem tuum posci a toto populo. ut ille qui possit: ac velit mederi plagīſ nostrīſ. quaſ seculo pene uno tifernatibus tyrannus intulit. de hiſ aliaſ: quandoquidem in perspicuo Laurentium ipsum pro fide pōtificis: et urbe nostra pace pugnasse ac vicisse. nunc ad Varronē? Cuiuſ libelloſ de lingua latina seculorum vitio depravatos tum nostra: tum aliorum cura pro parte emendatoſ curavi imprimerentur vigiliaſ meaſ tibi dedicanſ. In quibuſ arbitror: multa comperieſ digna tenello ingenio tuo. Tu vale: et eoſ lectita mei non īmemor.

VITA. M. T. VARRONIS.

VArrones comperio tris: unum qui favente plebe creatus consul bello punico. Secundo ita copiaſ duxit in aciem: quod fusuſ: fugatuſque miserabilem: ac communem maximam Romaniſ cladem prebuerit: philosophum et poetam alium: Tertium ut aliqui sentiunt illum ipm̄ de quo pauca dicere institui.

M. T. Varro narbone natuſ Annum agenſ QVintum et Trigeſimum didicit Grecaſ litteraſ: meruit bello pyratico. ſub. Pom. victor navali Corona donatuſ exstitit. Sed fortuna favente Cesari exuit omneſ militiaſ. desperatiſ itaque rebuſ rediit ad litteraſ. In quibuſ quantum profecerit eiuſ opera accedunt testimonio. Que scripsit de antiquitate patrie: tēporiſ descriptione: ſacriſ bellica discipline: regionibuſ: lociſ humanarum: divinarumque rerum. offitiīſ. Annus agēti Octuagesimuſ spiritū eius et operū egregiorum cursum extinxit.

Textum dedit Angelus Tifernas Pomponii Laeti, cuius vestigia vel in iis quae facilia erant emendatu quaeque aperte sunt falsa, secutus est;

sunt tamen quaedam quae ab illa principe distant; sic optimum codicem interdum editorem in auxilium vocasse inde apparet quod pag. 48 *quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus parietes postici muri sunt scripti* in hac sola excusum: *legibus privatis*, quae altera vox in reliquis usque ad Scioppium deest: pag. 35 Editio princ. *Ager dictus in quam terram quid agebant fructus causa* omissis *et unde quid agebant*, quae in Florent. Havn. Paris., et ita haec editio supplet, ex scripto libro ut apricum est; Rholandellus ex suis dedit: *et unde quidem agebant*, quod in reliquas inde fluxit: pag. 33 Edit. princ. *ideo humatus;* Editio vetust. cum Florent. *ideo is humatus:* pag. 34. Edit. princ. *oppidis cognominatis*, Edit. vetust. *oppidum cognominatum:* pag. 37 omnes *ager cultus* praeter hanc edit. in qua *ager angustus cultus:* pag. 83 Edit. princ. *si reme*, Edit. vetust. *si rene*, Florent. *sirene:* pag. 93 Edit. princ. *cum ideo*, Edit. vetust. cum Florent. *cum id ideo;* ibidem Edit princ. *terma*, Edit. vetust. cum Florent. *terima:* pag. 95 Edit. princ. *medicinave sit*, cum Rholand. et Venetis, Edit. vetust. cum Florent. *medicina ut sit:* pag. 137 Edit. princ. *pagendo*, Edit. vetust. cum Florent. *pangendo;* ibidem Edit. princ. *aravit*, Edit. vetust. cum Florent. *aruit:* pag. 146 Edit. princ. *cum fuisset*, Edit. vetust. cum Cod. B. optime *cum fugisset:* pag. 147 Edit. princ. *venderet vellent*,

Edit. vetust. *vendere vellent:* pag. 150 Edit. princ. *Metum*, Edit. vetust. cum Flor. *Metium:* pag. 184 Edit. princ. *oremus morem*, Edit. vet. *gerimus morem:* pag. 196 Edit. princ. *liberi hedera*, Edit. vetust. *liberi annua hedera*, i. e, ut Flor. habet *anus:* pag. 217 Edit. princ. *principio*, Edit. vetust. cum Florent. *principia*.

Et haec quidem ex eorum numero quae ex codicibus hausta sunt, suo quodque loco notata. Emendare marte suo ausus est editor pag. 31 ubi Edit. princ. sic: *non terminus sed termen hoc greci* *euander* spatio multorum verborum relicto; audacter Tifernas et sine felici successu *greci* ορον *Euander* reposuit. Item emendationi, non scriptis debemus libris quod pag. 23 exstat; Edit. princ. *motus. eius a nimi intervallum tempus*, Edit. vetust. *motus. eius perenni Intervallum tempus*.

Denique notandum, quos nulla in alia Varronis invenias editione, novo cuique capiti titulos praefixos esse ut V, 11 principio:

☾ *Que attinent Mortalibus primum de Avibus.*

et V, 12

☾ *De vocabulis aquatilium.*

et sic porro. In scribendi ratione ubique sequitur Pomponium Laetum Tifernas Angelus, nomine *Iuppiter* excepto, quod duplici p in Edit.

principe, simplici in vetustissima nostra Editione, licet haec ex illa *Appollo* retineat, excusum.

Editio Rholandelli fol.
[Venetiis excusa 1475.]

Qua nos utimur editione, ut utraque praecedens et anni et loci indicio destituta est; a vetusta vero manu in folio primo Venetiis eam esse excusam anno 1475. notatum legitur. Parmensis igitur editio anni MCCCCLXXX, ceterum eadem atque haec nostra, descripta a Dibdino in Biblioth. Spenser. tom. III. Nr. 588. nil nisi repetitio nostrae est, et si verum eam Venetiis esse impressam, codices quibus usus editor ad emendandum Varronem, in Venetis exstare bibliothecis valde probabile. Recto folio primo Pomponii Laeti legitur praefatio, iisdem verbis, expulsis operarum erroribus, quibus ex Principe Editione eam supra exhibuimus. Ultima verba leguntur folio XLVI. quo extremo duo versus hunc Editoris laudem pronuntiant:

> *Si quispiam tertio loco fragmētis Varronis tantum addiderit quantum Pomponius primo. Deinde Franciscus Rholandellus Trivisanus Secundo suo uterque studio ac diligētia cōtulit; nimirum. M. Varro reviviscet. Vale.*

Minime vana et jactantia quadam prolata haec verba; optimo enim jure de suis in Varronis libros vigiliis haec affirmare potuit Rholandellus. Editio ad emendandum Varronem prorsus necessaria; prima ubique praestat graecas voces, in princ. et vetust. neglecta; quaeque in illis sunt lacunae aut desiderantur, sive singula quaedam verba, sive totae sententiae librariorum incuria omissae, in hac integra et ex bonis restituta Codicibus, quos optimos excussit Rholandellus leguntur. Pleraeque omnes lectiones paucis fortasse exceptis librorum nituntur auctoritate, secutique huius editionis fidem editores usque ad Anton. Augustinum. Ex ingenio ea tantum fluxisse puto, quae prorsus necessaria sunt visa, neque sine sermonis vitio stare poterant. Sic V, 1. non ex libris, sed de suo primus dedisse videatur: *Quas* **CONTRA EAM** *dicerentur, volumine primo; quae pro ea secundo, quae de ea tertio.* Codices, Edit. princ. vetust. nescio quam recte **CONTRA EA** exhibent. Eiusdem fortasse farinae, quod ibidem constat: *ostenditur esse a* **PERTENDENDO** pro **PERTENDO;** et ibidem pro περὶ σημαινομένων quae ex Florent. primus restituit Victorius, Rholandellus de suo emendavit ἀναλογίαν, de qua multa apud Varronem in posterioribus libris: pag. 255. Edit. princ. et vetust. *quinque enim sensuum maximus est oculis,* Rholandus dedit *est oculus,* an ex libris dubito cum codices nostri *est in oculis.* Nomina quae interpolata in editione principe invenit, in sua reliquit, quod unum est quod fortasse quis reprehendat. In foliis vertendis operarum incuria interdum quaedam omissa esse ad pag. 100 monuimus.

Editio Veneta I. fol.
anni 1492.

Titulus libri in quo primo tres excusi sunt gramatici, hic est:

NONIVS MARCELLVS
FESTVS POMPEIVS
VARRO.

Nonii capita folia LII. implent, praecedente verborum indice, quae in grammatico explicantur, quem haec sequitur inscriptio:

NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBVRTICENSIS
COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIVM DE PROPRIETATE SERMONVM.

et in fine:

Nonii Marcelli peripatetici tiburticensis compendiosa doctrina
ad filium de proprietate Sermonum feliciter finit.

Nonium excipit folio sequente Festus, omisso auctoris nomine his verbis:

augustus locus sanctus etc.

continet folia viginti tria, quo verso:

Finis Festi. Pompeii.

quae superest huius folii pars, item sequens supplementa ex litteris I et M. quorum primum *incomitiare*, postremum *mecastor* addit. Jam sequuntur Varronis libri.

Liber primus.
M. VARRONIS DE LINGVA LATINA.

et sic in sequentibus eadem quae in edit. princ. vetust. Rholand., nisi quod qui his *liber quintus* audit, in hac editione dicitur:

Marci Terrentii Varronis analogiae Liber secundus incipit.

usque ad decimi finem, ubi haec notantur:

Finis analogiarum.
Impressum Venetiis per Nicolaum de Ferraris de Pralormo MCCCCLXXXXII die VIII Iunii.

Editio Veneta II. fol.
anni 1498.

Inscriptio primi folii haec est:

Nonius Marcellus
Festus Pompe
ius Varro.

et in fine Varronis:

Finis Analogiarum
Impraessum Venetiis per Magistrum Antonium de Gusago
Brixiensem Anno domini 1498 *die* 12 *Februarii.*

Reliqua omnia cum priore conveniunt Veneta, nisi quod haec splendidissime est excusa, illa vero non optimam pulchritudinis praebet speciem. Rholandelli editionem utraque exprimit Veneta, sed ita ut neque inter se, neque cum auctore suo, Rholandellum puta, ubique conveniant; sic pag. 73 *ut ex eo deo dies sit* utraque Veneta *eo* omittit: pag. 75 *luna enim nascentium dux*, Venetae *Lucina:* pag. 99 Rholand. *ut inde elegerint;* recte

Venetae *eligerent:* pag. 280 Rholand. *inde si post aliqua*, Venetae cum Florent. *si* omittunt: pag. 312 Rholand. *iam cussianes*, Venetae *iam cusianes:* pag. 353 Rholand. *quo tempore nil agitur*, Venetae cum Florent. *nihil:* pag. 479 priores editiones *neget . . . naturam similitudines proportione constare;* in Venetis ex conjectura *naturam similitudinis* repositum; scribendum erat quod in Florent. *natura similitudines*; nunc illud ex Venetis in omnes propagatum editiones.

Haec Venetas non negligendas esse docent, sed valde advertendum, ut quid codici, quid conjecturae, quid operarum errori sit tribuendum probe prospicias, quod cum a nobis varietas editionum, quae has aetate praecedant, sedulo sit enotata, nullum lectori facesset negotium.

Editio Paptistae Pii fol.
Mediolani 1510.

In praefatione ad Guidottum Magentem Editor de sua in tres grammaticos cura haec, quae ad rem nostram, affert:

Excipis . . . Marcum Varonem undecunque eruditissimum: Marcellum et Pompeium labore et palestra nostra in pristinam faciem restitutos abstersa omni vitiligine et faeditate: qua ante nos ruidi: laceri: et strumosi: ut danaidum urna fertur et crus philoctethis: circunferebantur: mera ramenta: et proiectitia secamenta: horum potius autorum umbras ne dicam cadavera. Integritatem nos illisce reddidimus vitam integerrimam et absolutissimam tuo nomini dicantes ut tutiores exeant in publicum.

In Varronis quidem libris Pium nullo adjutum fuisse Codice, qui priores inspexerit editiones, facile intelliget: expressit Venetam, sive aliam, quae illam secuta, tanta diligentia, ut librorum tituli, folia et versus optime ubique convenirent, operarum errores, qui exstant in Venetis, propagarentur, novorumque haud parvus numerus nunc primum accederet. Sed tamen in quibusdam locis corruptis quid posset in emendandi arte praestare, ostendere conatus est, et haec sunt, quae ut restituta in pristinam faciem etc. satis luculenter exponit. Idque non injuria: modo ne esset emendatorum numerus tam exilis, ut tanta corruptorum multitudine prorsus evanescerent. Palmaria est emendatio, quae Pio debetur libr. X, 3. pag. 566.

sic cum dicimus, eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet in argento libellam ad simbellam.

Ita primus de suo correxit: qui praecedunt libri, exhibent: *in argumento* pro *in argento* et *ad singulam* loco *ad simbellam.* Prius facile ex seqq. erat restituendum; sequuntur enim: *cum utrobique et in aere et ARGENTO esse eandem rationem —*

Libro IX, 40 pag. 520.

Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una novenaria regula, duo actus, gradus, sex decuriae.

Pius edidit primo *duo actus*, quod et in Codice Florent; priores libri omnes *duactus* mendose legunt. —

In fine libri haec leguntur:

☾ *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno dñi M.CCCCC.X. Die. XXI. Aprilis.*

Ex hac editione non nisi ea quae a Venetis distant in nostra laudavimus.

Editio Aldina fol.
Venetiis 1513.

Praecedunt Nic. Perotti cornucopiae paginis in duas divisis columnas. Varronis libri incipiunt col. 1057 hoc praemisso titulo quem primum hic invenies:

M. TERENTII VARRONIS DE LINQVA LATINA ET DE VERBORVM ORIGINE AD CICERONEM LIBER QVARTVS.

item ultimum librum in prioribus praecedenti adiectam editionibus primus Aldus his verbis distinxit col 1113: *M. TERRENTII VARRONIS DE ANALOGIA. LIB. III.* in cuius fine col. 1120 *ΤΕΛΟΣ* legitur.

Varronem sequitur Festus Pompeius, quem cum vetustissimis illis schedis contulit Petrus Victorius, hunc Nonius Marcellus; columna extrema 1476.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI ET ANDREAE SOCERI M. D. XIII MENSE NOVEMBRI.

Aldinam qui curavit editionem, Pium est secutus; quod si prima Rholandelli editione usus esset, plura exstarent emendatiora; nunc leve operarum mendum editorem non uno in loco, ut aliud et quidem multo deterius reponeret decepit; sic pag. 308 *Aegeum dictum ab insulis, quod etc.* in Venetis et apud Pium *infulis* legitur, unde Aldus *inulis*, hoc est quod Paris. et Gryph. dederunt: *hinulis* correxit; recte Rholand. *insulis* servavit. Quare caute utendum auctoritate huius editionis, idque non solum de Aldino Varrone, sed de omnibus fere latinorum scriptorum Aldi libris alte tenendum, ne omnia, quae a prioris saeculi editionibus diversa in his exstant, verissima esse, quaeque ex conjectura reposita, membranis niti vetustis censeas; plerosque enim editorum libidine, de quorum temeritate non iniuria queritur Muretus tom. II. pag. 71. 715. 861. 870, Rhnk. licet corruptis in locis codices consulerent, mire inveneris interpolatos. Nullius est pretii Plautus Aldinus, cuius textus tam corruptus, tamque emendatus sine codicum auxilio, ut, qui hac sola usus

editione, vix Plautum legisse dicas. Simile quid perpessi Catullus, Tibullus, Propertius Avantii audacia, Lucretius Candidi, Gellius Egnatii, alii aliorum studio et labore justo plus emendati. Res dijudicatu tanto difficilior, quod editores haud raro scriptis libris uti solebant, ut nos ubique fere haereamus, sitne ex Codicibus lectio restituta, an editoris ingenio; et in Varrone codicum auxilio usum fuisse editorem, docent exempla, ut pag. 97 *et qui fundamentum restituit, pedem ponit.* Alii *posuit;* Aldus primus *posuisse*, et ita Codex Florent.: pag. 115. primus dat graeca verba, quamvis corrupta *τυφλὸν τέκον*: pag. 117 inserit cum Florent. *bulbum*, inter verba *ovium lana:* pag. 148 cum Florent. primus dat *quod is,* quae in praecedentibus desunt: pag. 187 primus cum Florent. inserit verba: *Solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur:* pag. 345 *nugario unguento:* pag. 392 *rusticos dicere se adduxisse* primus dedit Aldus cum Florent.; quae eum praecedunt aetate editiones omnes verbo *dicere* carent: pag. 308 optime cum Florent. Aldus omittit *Pacuvius*, item pag. 291 cum Florent. ante *dextrum*, omittit praepositionem *in.* — Haec quidem magnam probitatis produnt speciem, ut injuria editorem audaciae videamur accusasse; at multo plura exstant in Varrone, quae ingenio illum valde indulsisse aperte docent, quale est quod legitur pag. 128 *et etiam poma, quod haec poscunt potum, quod πότος*

τος potio graece; ubi vid. nota. Eiusdem farinae est VII, 1. *si extrinsecus* addita conjunctione, quae in omnibus desideratur libris, et V, 1. *ubi, cur et unde sint verba, scrutatur* loco *scrutantur* ut alia innumerabilia; qua factum ratione, ut nisi addicente Codice Florentino, ab Aldi partibus stare non auderemus.

Aldinam exprimit paucis mutatis Basiliensis editio fol. anni 1521, ut et ordo et numerus versuum respondeant; in fine totius operis:

BASILEAE, APVD ANDREAM CARTANDRVM, MENSE SEPTEMBRI, ANNO M.D.XXI.

Editio Parisiensis apud Colinaeum 1529. 8.

Haec editio, ni magnopere fallor, Aldinae secundae anni 1527, quae nobis non ad manus erat, mera est repetitio; continet enim item Mich. Bentini textum et emendationes, de quibus in titulo: *libros nitori pristino restituendos curavit Michael Bentinus multa veterum codicum collatione, postpositis castigationibus eiusdem ad Varronis intelligentiam apprime conferentibus;* neque negligenda sunt quae vir ille doctus ad Varronem contulit; primus enim Nonio et Festo in auxilium vocatis egregias inde dedit emendationes. Codicum mentio fit V, 22. *in quibusdam*, inquit, *scri-*

ptum inveni: macte ab eo quod graeci μάγδαν; quae frustra in nostris codicibus quaesiveris.

Editio Gryphiana
Lugduni 1535. 8.

Varroni liber Catonis originum adhaeret; textus ex Bentini castigatione multis tamen correctis expressus: pag. 47 *imaginem ex aere Pythagoras Tarenti fecit:* exstat in hac editione *Pythagoras pictor*, quod et falsum et omnes libri scripti et excusi *pictor* recte ignorant.

Editio Antonii Augustini
Romae 1557. 8.

Haec recensio novum plane Varronis textum exhibet; interpolatorum enim librorum auctoritate omni scriptoris quam valde sectatur antiquitate delecta vulgarem dicendi rationem Augustinus reposuit; itaque nunquam *fortasse an* sequente conjunctivo, sed *fortasse* vel *forsitan*, nunquam *alterum utrum*, quomodo vetustissimos locutos esse Priscianus I. pag. 208 Kr. tradit, et quae alia id genus plurima, apud hunc invenies. Turnebus quod dicit Adversar. libro XXIII, 16 Augustinum Varronis vindicem, assertorem patronumque unicum habendum, imo vero eius potius Aesculapium esse existimandum, cave ex animi sententia prolatum putes, qui quanti pretii esset illius recensio optime perspexit, nec raro tacite in eam invehitur, v. c. Advers. XXIV, 29:

> *Amictui et circumiectui more veteri a Varrone dictum elegantissime censeo; huius elegantiae ignari has exterminaverunt locutiones et seculi nostri balbutiem invexerunt.*

quod verissime monitum; *amictui*, *circumiectui*, similia, Varroni non declinantur, sed Augustinus primus *amictus, circumiectus* invexit; et ibidem

> *Recte legi arbitror: Parapechia, chlamydes et per summam iniuriam hinc ablegata arbitror.*

at primus ablegavit Augustinus, *παραπλεκεία, χλαμύς,* male inferens; item ad V, 23

> *Lego antiquitatem secutus, non istorum recentium exemplarium novitatem: Ut thrion et placenta.*

et sic saepius. Fefellerunt doctum Archiepiscopum, quae in codice nostro B apparent emendationes, quas cum et sensum interdum non inepte enodent, et nostrae loquendi rationi quam priscae et horridae auctoris magis conveniant, nec probabilitate carere videantur, primo aspectu veras facile censeas; accuratius vero si evolveris, fictas neque praeter veterum codicum lectionem, hic illic leviter inquinatam, aliam e Varronis manu venisse agnosces.

Exstant tamen quaedam et ipsius Augustini et amicorum, ut Faerni, Pantagathi cura, (conf. pag. 169, 190, 253 Bipont.), bene ut videtur, re-

stituta, quaeque fini adhaerent paucae emendationum plagellae, optimae sunt notae; in his enim corrupta ostendit loca, et sanandi viam docere conatur. Margini quoque adiectae et librorum lectiones, et quae ab his semicirculo notatae distinguuntur, conjecturae.

Textum huius recensionis diligenter exprimendum curavit Henr. Stephanus, quem Dionys. Gothofredus, Popma, Editor Bipontinus secuti sunt.

Editio M. Vertranii Mauri
Lugduni apud Gryphii haeredes 1563. 8.

Hic quoque Augustinum plerumque sequitur, ita tamen ut et editionum priorum lectionem saepius revocaret, nec raro ipse auctoris verba emendaret. Scribendi ratio Augustino illata *omneis, quom, vocandei, heis, populeis* aliaque apud Vertranium exulat. Quaedam vera coniectura divinavit nec notae eius indoctae (conf. Brisson. de ritu nupt. pag. 323 Trek.) et quales ab homine qui codicibus destitutus erat, in his Varronis libris exspectare possis; quod enim pag. 175 tradit se *notas Florentiae et Romae Pontificiis libris veteribus collatis exarasse*, nisi fortasse excusos intelligit, merum est mendacium; nam praeter lectiones Augustino editas, quae in Vertranii editione primum appareat, ne unam quidem invenies et in illis utendis mire lapsus est. Quae ibi coniecturae addito semicirculo margini adscriptae sunt, ex codicibus haustas censuit, v. c. pag. 326 dixi de lana] *in quibusdam etiam veteribus libris perperam est: de lucerna; ipse nanque Varro supra eodem scripsit: Lana Gallicana videtur imperito similis propter speciem.* sed nulli exhibent veteres libri *de lucerna*, quod primum legitur in marg. editionis Augustini addito semicirculo, id est ex coniectura.

I. Scaligeri coniectanea primum lucem aspexerunt anno 1563 ex Henr. Stephani officina, postea appendice aucta, in qua se ipsum corrigit, et apud hunc et alios saepius excusa. Textus ut supra monuimus ex Romana expressus, quod vel Bipontinum editorem qui ubique Scaligeri marginem, qui Augustini est, dicit neque codicum lectiones a coniecturis separat, non vidisse miror. Maior commentarii pars in veterum poetarum fragmentis concinnandis et cum graecis auctoribus conferendis versatur, qua in re, etiam si Scaligerum interdum ingenio abusum dixeris, princeps est et unde latinorum fabulae essent translatae, certissimis docuit exemplis. Neque ante neque post eum alium hac provincia functum invenimus; nunc enim praeter ea quae vir ille sagacissimus indagavit, non modo poetarum fons ignoratur, sed membra ipsa pleraque foede inquinata, ut vix sanum quid elicere valeas, disiecta sunt, cui malo tum demum, si grammaticorum scripta

qui illorum frusta nobis servarant, ex codicibus restituta sunt, medearis.

In Varrone perlustrando usus est Augustini recensione quam, ut Turnebus, male emendatam esse bene perspexit, acriterque Romanum librum perstringit; conf. v. c. pag. 36, 61, 63, 74, 131, 158 Bip. aliaque. Itaque in difficilioribus ad antiquitus excusos, apud quos, ut ipse dicit pag. 76, semper certior exstat lectio, rediit. Quod si Rholandelli editionem quae ubique proxime verum accedit, secutus esset, sagacitate sua multo plures integros reddidisset locos; nunc Venetarum vitiis interdum emendationem firmare studet: praeterea paucas codicum lectiones ad priores ternos libros, in Turnebi posthumis editas, cuius emendationes plerasque probabat, consuluit. His auxiliis adiutus egregie quaedam restituit, plurima vero quae probabilitatem non excedunt, imo hanc raro attingunt, et quorum partem in addendis ipse recidebat, coniecit seseque in his commentariis (vid. pag. 132 Bip.) non *κριτικὸν* agere, sed *σκεπτικόν*, et omnia arbitrario iure decidere, non certo, fateri nihil moratus est.

Editio Gaspari Scioppii
Ingolstadii 1602. 12.

Lectiones ex antiquis codicibus Gabrieli Faerno excerptas a Fulvio Ursino qui suas librorum addebat, missas accepisse in praefatione editor monet; sed haud scio an qui huius viri mores

cognitos habent, quod Giphanio in notis ad Symmachum, idem in Varrone Fulvio accidisse censeant. Quod qualecunque est, novam hanc atque egregiam recensionem Ursini magis ingenio quam Scioppio deberi certissimum est; omnia enim quae vir ille doctissimus modo lectorem certiorem faciens, modo veterum more emendationes tacens ex Varrone cui restituendo bonis adiutus codicibus (conf. pag. 268) multum tribuerat tempus, variis in libris correcta protulit, a Scioppio recepta legis, in cuius editione et vetustorum librorum scripturas et optimas quarum magnam partem veram Varronis manum reddidisse puto, etiamsi in multis et inprimis in sententiis transponendis modum tenere auctor ignoravit, emendationes deprehendimus. In margine raro Turnebi vel Ursini apparent coniecturae et litteris *q. V. C.* notatae lectiones, quibus non magna fides praestanda est. vid. pag. 347.

In his Varronis fragmentis qui artem criticam exercere student, duas contrarias prorsus rationes alte in memoria teneant, unam ut et ubi et quae exciderint verba, exquirant atque lacunae locum ostendant, alteram ut glossemata et interpolationem quae quantum in hos grassata sint libros vix credas, sedulo expellant. Nunc pauca quaedam de interpolationis genere addamus. Tres manus diversas hoc opus explanasse et emendasse inve-

nimus, quarum prima vetustissimos iam occupavit codices casu magis quam de industria nata; quae enim margini erant apposita in textum venerunt, sic pag. 65.

Itaque Epicharmus de mente humana dicit istic:
Est de sole sumptus ignis, id est sol est isque totus mentis est.

laudavit supra Ennii verba et hic Epicharmum fabulam eiusdem poetae cognominem ad partes vocans pergit: *Ep. dicit istic;* qui sequitur iambicus tetrameter justo longiorem esse metrum, gravissimum his in rebus argumentum, convincit. Nullo negotio glossema reperias; nam cum boni libri codd. Havn. Paris. a, Rholand. alii, exhibeant *id est sol est*, dilucide explanatio qua eiecta integer erit versus, ante oculos posita est; quod enim Paris. c, Edit. princ. vetust. et ut videtur Florent. *idem solem* vel ut Paris. b *idem solesisque*, nihil nisi *id ē sol ē.* Neque haec enodatio, quum facile quis pronomen *isque* ad *ignis*, non ad *de sole* pertinere sibi persuadeat, supervacanea atque inutilis est. Sic omnia plana sunt neque auctoritate destituta. Sed nec illa priora dubitatione carent; exstat enim in Paris. a et c: *itaque Epicarmus dicit: de mente humana ait: istic* etc. quae Varronem dedisse equidem non spondeam, et mihi certe verba *dicit de mente humana*, vel potius *de mente humana ait istic*, (quisque enim Ennii

Epicharmum cognitum habuit) similiter aliena manu assuta videntur. At quid impudicus iste corrector codicis B, quem vulgata sequitur recensio?

Itaque Epicharmus Enni de mente humana dicit: Istic est de sole sumptus ignis. Idem solem adserit: Isque actus mentis est.

ubi *istic* δεικτικῶς addito *de sole* non minus, quam si solem adserit, *isque .. est* ridiculum; talia si de codicum non constat auctoritate, ut saepius multum fluctuemus nos cogunt.

Alia versus explicatio textum ingressa est pag. 245.

Spondeo a sponte; nam id valet et a voluntate. Itaque Lucilius scribit de Cretea
cum ad se cubitum venerit,
sua voluntate sponte ipsam suapte adductam ut tunicam et cetera reiceret.

Sic omnes libri; *sua voluntate* et sensui et metro contraria delenda esse iam Scaliger monuit.

Hac ratione item in versu explanando, glossemate ex margine in textu collocato, ipsa poetae verba exciderunt pag. 316; nam in libris scriptis et multis excusis ἐπιγραμμάτιον nulla facta versuum distinctione sic legitur:

fecerat cascam ridiculum est cum te cascam tua dicit amici fili potoni est qui senex puerum dicit pusum puellam pusam sic fiet mutuam mulinam vere pusus tu tua amica senex.

verba *puerum dicit pusum*, *puellam pusam* sine ulla varietate omnes servant libri et scripti et editi; itaque viri docti quibus metrum restituere conarentur, varias excogitabant vias; leg. nota. Frustra si quid video, cum aperta in his sit glossatoris manus nec integrum reddere valeamus epigramma. Verba enim *pusum* et *pusam* poetam dedisse inde docemur, sed qualem totum scripserit versum quis indagabit?

Aliud apertum glossema codices vetustos invasit pag. 186 seq.

> *Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui, non R in hoc dicebant ut Praeneste incisum in solario vidi, (Solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur) quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit.*

verba *solarium . . . inspiciebantur* pessime reddidi ex Florent. Havn. Par. a b et qui primus haec edidit, Aldo; nunquam sententiam Varro tam incommode et importune dirumpit; quae verba cum et in minoris notae desiderentur codicibus, expellenda sunt.

Quae cum ita sint, si multa alia a Varrone non scripta, quae certo arguere nequimus, in his inveniantur libris, non erit mirandum; succurrit tamen interdum grammaticorum omnibus scriptis superius testimonium. A Prisciano locus satis longus laudatur pag. 169—174 ad hanc rem ap-

prime idoneus; nam in nostro Varrone leguntur pag. 170

> *In denario numero hoc mutat; quod primum est ab decem assibus Decussis, secundum ab duobus decussibus Bicessis, quod dici solitum a duobus decussibus Bicessis.*

alienam manum vel sine auctoritate prehendas; posteriora enim *quod . . . bicessis* nihil nisi priora continent, neque Priscianus, apud quem recte *vicessis* scriptum, haec verba agnoscit. Et pag. seq.

> *Aeris minima pars Lentula, quod sexta pars unciae. Semuncia quod dimidia pars unciae. Se valet dimidium ut in selibra et Semodio. Uncia ab uno.*

Priscianus totam sententiam *Se . . . semodio*; ex interpretatione vocis *semunicae* natam postea Varronis verbis affictam ignorat.

Haud raro una voce adiecta et sensus et totus sententiae nexus interiit, v. c. pag. 180 ubi vulgo haec:

> *Et hinc dicuntur milites aerarii ab aere quod stipendia facerent. Hoc ipsum Stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant. Nam quod asses librae pondo erant; qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet. a stipando Stipem dicere coeperunt.*

omnia hic dissipata quae arcte cohaerent, nec

nisi optimi libri Florent. Havn. Paris. a b *libras pondo* servassent, facile quis restitueret; dicunt veteres *libra pondo*, *libram pondo* etc. unde verbum *ponebant* ad illa pertinere docemur, et sic recte quae conjungenda, conveniunt, modo deleas *erant* verbum male adiectum quo factum ut libri plerique omnes *librae pondo* emendatum exhibeant. Eadem ratione corrupta censeo quae pag. 323 leguntur

Tartarino a Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat.

miro modo auctor si haec scripsit memoria lapsus est; an falsa apud Platonem lectione deceptum esse Varronem dicamus? etenim in Phaedonis loco pag. 117 Bkk. τούτου δ' αὖ καταντικρὺ ὁ τέταρτος ἐκπίπτει εἰς τόπον κτλ. Bekkeri codex *Δ*, ὁ τάρταρος; sed hoc vix dignum quod afferatur. Ab aliena manu quae verborum non intellexit sensum, assuta sunt *in his unum;* et certissime ex cod. Havn. et edd. reponendum *in IIII*, id est *in quatuor*, ut hoc dicat Varro: Plato qui quatuor de fluminibus apud inferos laudat (plura enim sciens omittit. vid. Phaed. pag. 116 Bkk.) de his cum loquatur, Tartari quoque mentionem facit, quare graeca est vocis origo. Et sic illa de tetralogiis Varronis auctoritas evanescit. Similiter pag. 228

Fatur is qui primum homo significabilem ore mittit vocem. Ab eo antequam ita faciant, pueri dicuntur Infantes; quom id faciant, iam Fari. Cum hoc vocabulum a similitudine vocis pueri ac Fatuus Fari id dictum.

locum mendosum esse dixit iam Augustinus, et quisque videt; verba enim *ac fatuus* reliquis non congruunt. Videtur aliquis etiam fatuum eiusdem esse originationis in margine adnotasse unde haec loco valde importuno versui illata sunt. Pag. 537 Varro postquam dixerat

Utrum in secunda forma verborum temporale habeat in extrema syllaba AS an IS, ad discernendas dissimilitudines interest,

sic pergit

quocirca quare ibi potius index analogiae quam in prima? quod ibi abstrusa est dissimilitudo ut apparet in his Meo, Neo, Veto.

Ita ineptissime sensu perverso scribitur; inest enim glossema quo sublato nihil est quod requiras. Inducendum *quare* voci minus usitatae *quocirca* adiectum et dicit auctor, ideo in secunda magis quam in prima persona esse analogiae indicem, quod verum est. Et revera in Havn. et Paris. a glossema istud desideratur, etiam ut equidem non dubito, in Florent. a Victorio neglectum; quod cum desit in codicibus vetustis, exemplum hoc ad secundam potius referendum interpolationem de qua nunc dicamus.

Altera recensio ex Pomponii Laeti codice unde primus hos Varronis emiserat libros, omnes deinceps invasit editiones, cuius auctor cum in explicando, tum in emendando operam suam perdidit. Pauca illius exempla, ne falsa praedicare videar, haec sint; ut pag. 103 *Cervi quod magna cornua gerunt, Gervi mutata G in C ut in multis*, additum post *multis* in illo codice et inde in omnibus editionibus *quasi gervi:* pag. 115 *Hila ab hilo dicta* adiectum *id est minimo:* pag. 122 *Tubae a tubis quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum* pergit ille liber et qui hunc secuti *id est sacri tubicines tubi vocantur:* pag 127 *a poculo cylice* sequitur ibi *id est calice:* pag. 202 *Consualia dicta a Conso quod tum feriae publicae ei deo et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi quibus Virgines Sabinae raptae;* Codex ille addito verbo *fiunt ludi:* pag. 223 *tremuisti, timuisti;* ille *tremuisti id est timuisti:* pag. 224 *Curiae, ubi senatus rem publicam curat, et illa ubi cura sacrorum publica;* illi omnes *curia ... curat, illa etiam curia dicitur ubi cura ...* pag. 230 *hinc Profanum est quod ante fanum, conjunctum fano*, illi ... *id est conjunctum fano:* pag. 233 *hinc dicuntur* quibus inserunt *etiam amplius:* pag. 235 *Nuntius enim est ab iis [novis] rebus nominatus, quod a graeco verbo potest declinatum; ab eo itaque Neapolis illorum Novapolis ab antiquis*

nostris vocitata; pro *ab eo itaque* illi legunt *ab ea quidem graeca voce:* pag. 262 *Mantelium ubi manus terguntur* addunt illi *quasi manutelium:* pag. 297 *tuesca dicta* pergunt *tuesta post testa facta:* pag. 325 *Nam et in C. Aelii commentario erat: Ab Libycis Lucas, et in Virgilii: Ab Lucanis Lucas* illi ex superiori *in Virgilii commentario:* pag. 375 *Osmen, s quod extritum* illi *Osmen Omen extrito s:* pag. 554 *ea dividitur in partis quattuor in unam quae habet casus neque tempora ut ... in alteram quae tempora neque casus ut ... in tertiam quae utraque ut ...* in quibus item secunda ista manus plura supplevit; scripsit ... *in unam primam videlicet quae ... neque tempora habet ut ... tempora habet neque .. utraque habet ut ...* Hanc eandem emendationem legimus pag. 424 ubi ex his interpolatis libris nunc exstat:

> *Oratio secanda ut natura in quattuor partis; unam quae habet casus, alteram quae habet tempora et tertiam quae habet neutrum, et quartam in qua est utrumque*

Quid vero veteres codices istam emendatricem manum aetate praecedentes?

> *Oratio ... partis, in eam quae habet casus, et quae habet tempora et quae habet neutrum, et in qua est utrumque*

Quod ad explicandi morem quem his in libris deprehendas, attinet, satis iam dictum; nunc rem

multo maioris momenti, emendandi videamus pruritum:

Pag. 79 *Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae*, vulgarem posuit corrector formam *Sabinorum:* pag. 187 *Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui, non R in hoc dicebant*, correxit emendator non satis perite *in hoc loco;* erat potius dicendum: *in hoc verbo:* pag. 47 ubi plura disiecta, *nominatum ab*, correxit, *sunt et nomina ab:* pag. 50 *huic vecturae qui ratibus transibant Quadrans*, ille *hinc vecturae quas solvebant ii qui ratibus transibant Quadrans* loco ne recte quidem intellecto: pag. 60 *quod in hac regione scriptum est*, ille quae non sana esse Turnebus iam vidit, *quod in hac regione sacriportus est et in ea sic scriptum est:* pag. 198 *Palilia dicta a Pale, quod et feriae* scriptum invenit, unde subito *quod et feriae ei deae fiunt* correxit; verum *quod ei feriae* iam Victorius coniectura assecutus est: pag. 199 *Dies Vestalia ut virgines Vestales aut Vesta*, quae quidem non sana, sed facile restituenda; legendum *ab Vesta;* at ille *Vestae sacrificent* de suo intulit; ut pag. 202 *quod tum Veneri dedicata aedes et orti ei deae dicuntur*, (ubi cave corrigas *dicantur*,) egregius iste *et orti eius tutelae adsignificantur* divinavit. Pag. 450 invenit in suo codice haec:

In hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum non esse in eo potius sequendam consuetudinem quam rationem.

totius sententiae nexus cum contrarium flagitet, correxit *in eo, sed potius* quo iustus existit sensus, et Scioppius hunc secutus *in eo analogiam, sed potius sequendam consuetudinem quam rationem* dedit; quas omnes turbas optime removent vetusti libri Flor. Havn. Paris. a, modo valde simplici et eleganti, verbis sic transpositis, *dicendum non esse in eo potius sequendam quam consuetudinem, rationem.*

Pag. 310 *Dictas apparet infulas quod velamenta, his e lana quae adduntur, infulae* quibus addit corrector *intra hostiarum cornua velamenta erant.* et pag. seq. medio in versu

frondem ac flores addidit,

Non lanas sed velatas frondentis comas

scripsit, *non lanas. Ideo Naevius ait sed velatas;* priora quoque metro non carere ignorasse videtur. Fort. Naevii sunt verba, equidem nescio, sed Varronem ita non scripsisse certo scio; et omnino correctoris diligentia maxime in nominibus addendis versatur; itaque multa poetarum nomina ut tunc temporis cuivis nota auctori omissa, hac ratione partim recte, partim falso suppleta inveniuntur. Sic pag. 321 *In Medo Ennius Caelitum* etc. est enim Pacuvii versus, et optimi libri Ennii nomen ignorant. Contra pag. 308 ex praecedenti additum seqq. *Pacuvius.* Pag. 314

In carmine Priami apud Accium quod est omittunt vetusti et meliores codices Florent. Havn. Paris. a, b, item Scioppius *apud Accium* et emendator cum saepius sit falsus, ne scimus quidem an Accii sint verba. Varro vero ex more fere constanti si carmen aut fabulam poetae nuncupat, auctorem omittit, quem si laudat, operis nomen desideratur; itaque *apud Ennium, apud Naevium*, vel *in Medea*, *in Corollaria*, rarissime utrumque v. c. *apud Ennium in Medea*, *apud Accium in Philocteta, Naevius in corollaria, apud Plautum in parasito pigro* conjunctum legimus, ut de horum veritate non iniuria dubites; sic pag. 338 *in Menaechmis Plauti: Inter est* scriptum, at deest *Plauti* in Havn. Paris b; fort. etiam in Florentino, quod facile Victorium effugere poterat. Alia res est si de industria utrumque notare voluit ut pag. 339 *idem est hoc verbum in Cementria Naevii.*

Frequenter in his libris auctoris nomen a Varrone datum accuratius notatum exstat ut pag. 213 *secundus ut Fulvius scribit et Iunius a Venere, quod ea sit Ἀφροδίτη;* manus secunda emendatrix dedit *et Iunius Gracchus;* voluit *Graccanus*, et, ut prius huic posteriori conveniret, tertia manus, quam in Codice B. videmus, correxit *ut Fulvius Flaccus scribit.* Sed Varro ubique nude *Iunius* dicit: pag. 236 Aelium haec librorum familia in Aelium Gallum mutat; falso,

non enim hunc, sed Aelium Stilonem ubique auctor noster intelligit; illum tamen manus tertia saepius intulit: pag. 28 *scribit Aelius quod* Codex B *Aelius Gallus:* pag. 72 *Aelius Dium Fidium dicebat* Codex B *Aelius Gallus*, quem vulgata sequitur recensio. Hoc vitium iam ab Hadr. Iunio in animadvers. perstrictum est. Idem libri pag. 27 Ciliciae nomen inculcant.

Ex paucis his congestis correctorem non singula tantum verba mutasse, sed si res ferret, interdum plura de suo finxisse, ni magnopere fallor, cuivis lectorum constare puto. Nunc maius eius molimen indicabo. Septimi libri initium in vetustis et melioribus codicibus, Florent. Havn. Paris. a b, totum enim exciderat folium, desideratur. Principium tamen in libris interpolatis, Edit. princ. Codice B. et reliquis qui omnes ab horum parte stant, his verbis apparet:

> *Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt, aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo enuntiantur, priore libro dixi. In hoc dicam de poeticis vocabulis et eorum originibus, in quis multa difficilia; nam*

quae et loquendi rationi Varronis eiusque ingenio egregie conveniunt, atque facile fieri potuit, ut quae in aliis novo adscripta folio cum multis intercciderent, in codice quodam verso praecedentis libri folio adiecta servarentur. At si accuratius illa verba aspicimus, dubitare licet; nihil enim

quod non alibi auctor iam prodiderit, ut sine ulla difficultate aliquis componeret, continent. vid. finis pag. 182

Ad vocabula quae pertinere sumus rati, ea quae loca et ea quae in locis sunt, satis arbitror dicta, quod neque parum multa sunt aperta, neque si amplius velimus, volumen patietur. Quare in proxumo ut in primo libro dixi, quod sequitur de temporibus dicam.

et initium proximi libri

Origines verborum quae sint locorum, et ea quae in his, in priore libro scripsi. In hoc dicam de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt cum tempore aliquo ut Sedetur, Ambulatur, Loquuntur

cuius libri finis ad septimi initium pertinet qui talis est

Quod ad origines verborum huius libri pertinet, satis multas arbitror positas huius generis. Desistam et quoniam de hisce rebus tris libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, de poetica unum; et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sint, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta; deinceps in proximo de poeticis verborum originibus scribere institui.

e quibus quis non septimi initium quale Varronem dedisse probabile est, sine magna opera divinaverit? et quod imprimis notandum, illa cum

his quae sequuntur *repens ruina aperuit* etc., ut omnis evanescat hiatus, arcte coniunguntur. Itaque nullum lacunae signum, quod cum fide tenent veteres libri, in novellis istis reperitur, neque pauca illa verba quod in animo habuisse videtur emendator, totum quod excidit folium compensant. In novis procudendis, quod memoratu dignum et altius est disquirendum, illius aetatis homines recentiorum criticorum solertiam et audaciam longe superant. Exstat in Bibl. Monac. volumen quod inter alia Ciceronis scripta libros tres de oratore et qui quartus ibi audit, oratoris partem continet. Scriptum fere sub saeculi XIV initium, negligentissime ut nihil intelligas; dialogi de oratore multis lectionibus, plerumque falsis, impleti et libri II, cap. 10. §. 39. post verba *tum laudare copiosissime. Q* unius versus lacuna relicta; tum pergit codex *sed qui primarum et ceterarum genera ipsa didicerunt* etc. quae cap. 16. §. 69. leguntur, mediis omnibus omissis. At lacuna et margo litteris minutioribus sic suppleta:

quod quidem ei dicendum esse de rebus maximis et graviter et ornate quasi munus proprium constituisti, sed illud nimium a te dici miror duobus illis generibus instructum oratorem sine illis praeceptis posse ad cetera facile per se accedere. cum ea permulta sint non solum genere, sed et varietate et magnitudine tum inter se tum multo magis ab his causis

quae et in senatu et in foro tradantur differentia. Tum Antonius magna quidem inquid illa sunt oratori maxime propria et in quibus summa cum laude ac dignitate eius ipsius omne versari officium statuo, sed velut

et in calce notatum:

„ab illo loco: Ei dicendum esse deficiebat usque ad illum locum: Sed qui primarum et magister gasparinus addidit de suo id quod est in textu"

de quo Gasparino conf. Petri Victorii praefatio ad Cic. Rhetor.

Sequitur tertia quam haec fragmenta perpessa sunt recensio. Hanc qui curavit, (cognovimus autem ut saepius dictum, ex codice nostro B, et vulgata Augustini editione) qualem modo descripsimus librum, usus est; quae enim ibi reperimus, in hoc usque recurrunt, sed dilatata atque in immensum fere aucta. Et nominum quidem supra iam quaedam produximus exempla; alia haec sunt: pag. 382 *Mutius Scaevola* pro *Mutius* quod et pag. 16, dedit; Tatio regi praenomen *T.* propositum in hoc codice pag. 57, 151. pag. 165 *a Numa Pompilio* Codex B; ceteri omnes *a Pompilio:* pag. 331 *eundem Pompilium Numam* Codex B; ceteri omnes *eundem Pompilium;* semel tamen pag. 157 *Numae Pompilii* et vetusti servant, sed et hic *Numae* cum Varronem uno nomine ubique conten-

tum esse legimus, aliena manu adscriptum puto. Nude dicit *Tatius rex*, *Pompilius rex*, *Hostilius rex*, *Tullius rex*, aliaque plurima quibus quantum memini duo refragantur exempla, unum pag. 87 *ut Scaevola Quintus Pontufex Maxumus dicebat* sic enim Florent.; *a Scevola Q.* Havn. Paris.; alii cum Paris. b *Scevola qui*, ut de veritate lectionis dubitari possit, neque postpositum praenomen negligendum: alterum pag. 148 *nam et Procilius non idem prodidit quod Piso*, *nec quod is*, *C. Aelius Stilo* et pag. 150 *C. Aelius et Lutatius scribunt* et pag. 325 *nam et in C. Aelii commentario erat.* Tu vero scias haec in solo Codice B eiusque pedisequis, quorum in numero ego quoque sum, exstare; veteres libri omnes non *C. Aelius*, sed *Cornelius* cuius me poenitet non recepti. Alia quidem, cum uno in loco vetusti retineant *Stilonis* nomen, quod ipsum emendatorem ut *C. Aelius* corrigeret, induxisse videtur, difficultas existit; sed ne huic quidem fidem tribuo. Quid enim per deos Varronem brevitati haud parum studentem ut semel iterumve *C. Aelius* vel *C. Aelius Stilo*, centies vero *Aelius* simpliciter scriberet, moverit? A quo discernendum si res quaedam necessario additum nomen flagitaret, ut pag. 150 *a Curtio Consule quoi Marcus Genucius fuit collega* vel pag. 419 *Dissimile Plautus et Plautius, et commune ut huius Plauti et Marci.*

Sed corrector in addendo omnem excedit modum; nam in loco supra laudato, cum *C. Aelius* (debebat *L. Aelius*) dedisset, quod sequitur *et Lutatius* ne suo esset praenomine destitutum, scripsit *et Q. Lutatius;* pag. 148 *Piso* intactum reliquit; infra pag. 149 *L. Calpurnius Piso in annalibus;* vetusti codices omnes et hic solum Pisonis nomen agnoscunt: pag. 153 *scripsit poeta* mutavit corrector in *scripsit Ennius*, at totius sententiae nexus *Naevium* poetam a Varrone intelligi clare ostendit.

Quod ad nomina ab emendatore de suo adiecta, satis iam dixi. Nunc alia quaedam perlustremus loca in quibus ingenii sui periculum fecit corrector. Pag. 51

> *a Caelio Vibenno Tusco duce nobili qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra latinum regem*

hic cum *latinum* corruptum esse vidisset, correxit acute *Sabinum;* debebat vero ex Varronis usu *Tatium* reponere. Pag. 13

> *Priorem illam partem ubi, cur et unde sint verba, scrutantur, Graeci vocant ἐτυμολογίαν; illam alteram περὶ σημαινομένων, de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam.*

exciderant graeca περὶ σημ. in eius codice, ut desunt in Paris. a b Havn. Edit. princ. vetust. itaque novum aliquid quod redderetur, erat quaerendum; infeliciter invenit: *illam alteram synthesin de quibus.* Pag. 237 invenit *Ennius in Medio*, unde *Medea* correxit; debebat *Medo.* Pag. 408 *partim quom alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere quae a similibus similiter essent declinata quas appellarunt ἀναλογίας; alii cum id negligendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem quae in consuetudine est quam vocant ἀνομαλίαν* corrector scripsit: *sequendam συνηθείαν. dissimilitudinem . . . quam etiam vocant ἀνομαλίαν* multo melius quam Augustinus qui *dissimilitudinemque* edidit; verba enim quae sequuntur mera essent latina graecae vocis explicatio, nec conjungi possent. Sed Varro non ita loquitur; tamen multi nisi de emendatoris συνηθείᾳ graeca inculcandi vocabula certissime nobis constaret, interpolationem illam veram putarent. Nunc ubique hanc ut nemo possit negare prodit; sic pag. 126 *id videtur declinatum a graeco Cyliceo a poculo cylice* Codex B. *declinatum a graeco τοῦ κύλικος* et inde Vulgat. Vertran. Sciopp. *ἀπὸ τοῦ κύλικος;* cuius esset generis *κύλιξ* ignoravit, neque genitivus stare potest; nunquam Varro derivat dicens ἀπὸ τοῦ κτλ. posito genitivo (quod tamen corrector etiam pag. 106 admisit) sed nominativo servato, *a graeco*, vel solum *a*, quod cum viri docti ex emendatis libris perspicere nequissent, haud raro coniecturas a Varronis loquendi ratione nimium abhorrentes in lucem mittebant. Graecarum vocum

tanto adducitur amore manus emendatrix ut vel varietatem his significaret; nam pag. 116 est: *augmentum* supraposito *καὶ agmentum.*

Saepius articulum Varroni omissum adiecit, neque auctor duo graeca verba voce *καὶ* sed latino *et* conjungit; at corrector v. c. pag. 41 *nisi potius quod Aeoles dicebant τὸν πύθιον καὶ πατέμον. Sic a potura a potu non ut nunc απώσω.* Locum hunc Boeckhius sic scribendum censet: *nisi potius quod Aeoles dicebant πύτεον; ut ποταμὸν sic poteum a potu, non ut nunc φρέαρ:* pag. 38 *ἄλσεα καὶ νομάς*, pag. 81 *τὰ γέργερα* dedit, pag. 117 *μάτιαι καὶ μάπιαι*, pag. 111 *ut θρύλλον καὶ τρύφον* pag. 167 *φέρτρον καὶ φέρετρον*, pag. 220 *τά τινα* pro *ἔτυμα* (supra pag. 219 pro *Etymologos* quod verissimum est, *ἐτυμολογία* scripsit), pag. 457 *περὶ τῆς ἀνομαλίας;* et haec omnia in hoc solo inveniuntur codice, prorsus alia, nempe vera, ea quae vetusti exhibent libri, sunt.

Unus tantum est locus quem recte graeco vocabulo corrector auxisse videatur, pag. 235 *Nuntius enim est ab iis rebus* [id est: *ab noris rebus*] *nominatus quod a graeco verbo potest declinatum*; ubi codex B . . . *verbo videri νεὸς declinatum;* graecam vero hanc vocem quam in animo habuit Varro, ut omnibus notam, facile supprimere potuit neque necessario addendam esse cum nulla in codd. exstet lacuna, puto.

Variae quas modo perlustravimus recensiones doctissimi viri de lingua latina fragmenta multum quondam lectitata fuisse demonstrant, neque fieri potuit quin hac ratione quamvis plura quae integra essent corrumperentur, et pauca speciosa emendarentur, quaedam interdum recte restituta sint; quod quidem in secunda manu emendatrici reperire non menimi, sed saepius in tertia, in Codice B offendimus, ut auctori laude sua non defraudando gratias sit habendum; sic pag. 41 in Pacuvii senario solus metrum servavit, sive conjectura, sive codice adiutus: *Terra exhalabat auram atque auroram humidam*, reliqui ad unum omnes *exhalat;* pag. 231 plurimi libri *populus romanus urbis* quae ex male intellecta nota originem duxerant; recte codex B *praetor urbanus;* pag. 212 in solo hoc libro verborum notae quas sententia flagitat inveniuntur; pag. 37 *ut tribus actibus multiplicatae idem tenent nomen* optime delevit *actibus* ex superiori male translatum; pag. 146 bene *ex utraque parte* correctum pro *dextraque parte.* Lacunae signa apparent pag. 227, 242, 318, 343 in vetustis libris neglecta, et semel locum librariorum incuria qui ab uno *cur* ad alterum media transgressi sunt, in omnibus omissum integrum fere servavit pag. 397, qui ipse ut de secundo quod critico Varronis maxime attendendum est, officio loquamur nos monet.

Alterum vero hoc genus totum in eo ut ubi

et quae exciderint verba, quod frequenter evenit septimo in libro, investigemus consistit; Varro enim poetarum laudans loca ut difficilia inde explanaret vocabula, quam explicare studebat vocem, versui cum supposuisset, factum ut describentium oculi multis omissis ab uno ad alterum idem recurrerent vocabulum; sic pag. 312

Musae quas memorant nosce nos esse casmenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est.

priora poetae nescio cuius sunt verba non integra; *casmenarum* ex versu ductum, non Varronis dependens ab *priscum vocabulum*, ut pag. 292

Contempla et templum Cereris ad laevam aspice.

contempla. et conspicare id esse etc.

et sic ubique. Nunc vero non modo versus nullus est, sed vox ipsa *casmenarum* desideratur; corrector codicis B, ut sensus esset et malo illi mederetur, *nosse vos esse casmenae casmenarum* dedit; at ex tenebris in lucem productus nemini qui verum putet, persuadebit. Pag. 320 Varro veteres *canis* et *canes* in singulari numero dixisse tradens pergit: *Sic dictum a quibusdam ut una canes una trabes remis rostrata per altum*, ut omnes habent libri. Ennii esse verba putat Ach. Statius ad Catull. 4, 3; et Columna ad Ennii fragm. pag. 79 sic legens:

Labitur uncta trabes remeis rostrata per altum

nos, inquit, *priorem dictionem addidimus et sequentem immutavimus pro una uncta legentes imitatione alterius versus eiusdem poetae qui ait*

Labitur uncta carina per aequora cana Celocis

Virgil. libro 8.

Labitur uncta navis abies

libro 4.

Natat uncta carina

sunt tamen qui Varronis locum restituant addito tantum verbo Sulcat fide codicis manuscripti:

Una trabes remeis sulcat rostrata per altum.

Vix credas doctum et cautum Columnam ubi omnia plana sunt tantopere lapsum esse; post *una trabes* alia quibus nominativum *trabes* firmaret cum poetae nescio cuius nomine et verbis (dimidiatus restat versus) Varro dederat. Haec librariorum negligentia non legimus neque quisquam conjectura assequi audeat. Nos itaque repetita voce *trabes* lacunae dedimus signa.

Pag. 364 libri omnes scribunt:

Apud Pacuvium Flexanimat aquam lymphata dicta a lympha etc.

ex quo versu voce *lymphata* enodata aliam *Bacchi* explicat; at haec deest, et frustra esset auxilium ferre nisi aliunde poetae versus integer servatus exstaret:

Flexanima tanquam lymphata et Bacchi sacris Commota.

quae iam Turnebus in ordinem suum restituit. Pag. 339 Codex B legit: *in Romulo Naevius appellat osca. osca ab oscis* ut haud sciam an hic quoque totum versum Varro scripserit; nam si vox quam explicat versum incipit, omnia exciderunt, si medio in versu legebatur, retenta quaedam sunt ut supra vidimus. Illud factum pag. 382 *In Colace nexum Mamilius scribit* etc. at nihil omnino, quod describentium diligentiae debemus, ex colace restat.

Utrumque genus quantum valuimus in textu reddendo usum in nostrum convertimus nec pauca inde vel restituisse vel si plura desunt, ab aliorum arbitraria emendatione vindicasse videmur, minime ut fieri solet abusi, imo cum meliorum codicum lectiones praeter Florent. tum non ad manus essent plura huius modi loca me effugisse et interdum deteriores libros melioribus iniuria praelatos esse mihi persuasum habeo. Sed lectores benevoli qui veram me ad Varronem restituendum viam munisse confiteantur, facile illud mihi ignoscant.

In verborum scribendi ratione valde inconstantes nos deprehendes, hoc est, ubique veterum codicum auctoritatem secuti sumus; itaque modo *analogiam*, modo, si est in Florent. vel Havn. Paris. a, *analogian* quod graecis litteris a Varrone (conf. Par. var. lect. ad pag. 457, 545) exaratum videtur; semel *balineum* pag. 130, alias

quod verum censeo, ubique *balneum*, exhibuimus. Magnam difficultatem multitudinis praebet numerus; nam et *eis* et *es* et quod utroque magis frequentatur *is* in libris apparet. Formam *eis* minime usitatam Florentinus codex in his vocabulis habet: *amboneis* pag. 120, *amneis* pag. 44, *aureis* pag. 467, *genteis* pag. 70, *hosteis* pag. 93, *immortaleis* pag. 80, *posterioreis* pag. 281, *laudeis* pag. 351, *mediocreis* pag. 16, *naturaleis* pag. 480, *omneis* pag. 71, 184, 415, 494, *parteis* pag. 31, 61, 62, 119, 186, 390, 476, 511, 547, 555, (hoc verbum igitur omnium saepissime veterem servavit scripturam), *pareis* pag. 489, *plureis* pag. 58, *simileis* pag. 486, *tricliniareis* pag. 489, *umboneis* pag. 120; alii libri in his modo *es*, modo *is* tenent, quae Varronem priscae formae in *eis* non ubique adhaerentem, haud improbasse, ipsius ostendunt verba pag. 490 seqq., (ubi veteres *dentum*, non *dentium* dixisse docemur) et quod pag. 585 tradit; denique Plinius auctor est apud Charisium pag. 104, ubi haec:

Fonteis. Quorum nominum genitiuus pluralis ante UM syllabam I litera terminabatur, accusativum inquit Plinius per EIS loquuntur, Montium Monteis, licet VARRO, inquit, exemplis hanc regulam confutare tentarit istiusmodi: Falcium Falces, non Falceis facit, nec has Merceis nec hos Axeis, Lintreis, Ventreis, Stir-

peis, Urbeis *), *Corbeis, Vecteis, Nepteis, et tamen manus dat praemissae regulae ridiculae ut exceptis his nominibus valeat regula.*

in re nobis tam incerta et vix unquam disceptanda, frustra enim aures nostras surdas appellamus, neque paucis illis exceptis, semper *eis* Varronem scripsisse credendum est (conf. pag. 442.); quid aliud quam ut diligenter vetustos codices observet, ab editore optimo cum iure exspectes?

Secundae declinationis nominativus multitudinis quomodo scribendus sit, Varronis locus docet pag. 515

Item negant esse analogias, quod alii dicunt Cupressus, alii Cupressei; item de ficis, platanis et plerisque arboribus, de quibus alii extremum US, alii EI faciunt; id est falsum, nam debent dici E et I.

ita codices, nisi quod libri ad unum omnes *cupressi;* sed seqq. quod primus reposuit Augustinus *cupressei* verum esse declarant, et Varronem *ei*, non *i* scripsisse ostendunt, cuius rei vestigia aperta sunt haec: pag. 419 Flor. *Terentiei*, pag. 444 *hei rei, ferei*, quorum non receptorum me poenitet, pag. 457 *hei libri*, pag. 475 *hinulei*, pag.

*) *Urbeis* tamen habet Florent. pag. 145 *et ideo coloniae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur URBEIS*, *quod item conditae ut Roma* etc. Varro vero ubique *urbes* quod et supra et paulo infra apparet, dixisse videtur.

pag. 573 *Boebiei*, pag. 481, *quoniam ICI non*, conf. pag. 458, Codex B pag 264 *tribuneique;* et fortasse in his si ubique diphthongum reponimus, non fallimur, quamvis et hic aeque atque in illis supra dictis ad rationes nobis ignotas auctor distinguere potuerit. Alia res est in casu ablativo, ubi — *eis* rarissime apparet, in nominibus bis Florent. pag. 419 *Terentieis* et pag. 574 *Boebieis;* tum idem *ieis* pag. 459, et Codex B pag. 204. semel, qui saepius *hieis;* quod nisi fictum vix aliud quam *ieis* esse potest. Antonius vero Augustinus in nominativo praeter *hei* raro diphthongum scripsit, in ablativo autem et dativo, plerumque, non tamen semper, v. c. *multeis, loceis, certeis* et alia qua de re in litteris ad Latinum Latinium (Opp. August. tom. VII. fine) haec legimus: *Hac ratione scribendi plerisque in locis Verrius Flaccus in Fastis est usus, quem nos imitati sumus in editione Varronis libri de lingua latina secutique sumus in plerisque locis exemplum vetus Achillis Maphaei.* Equidem vereor ut nisi locis ex Florent. laudatis, si vetus est codex alibi diphthongum servarit. At Augustinus ex codice B, ut videtur, antiquitatem mentiente, vel simili eiusdem familiae libro etiam in genitivo singulari dedit *appellandei, vocandei* aliaque contra Lucilii, Nigidii et omnium veterum leges qui in multitudinis numero *ei*, in simplici genitivo *i* solum agnoscunt.

Alia certius investigare possumus. Ciceronem et Virgilium *cassum*, non *casum* scripsisse ex Quintiliano discimus, quibus Varronem esse addendum ex Florent. perspicimus qui pag. 421 *de cassu in cassum*, et quod pag. 400 pro *una quae adsignificat casus* Florent. Havn. atque cum mendi signo Par. a, *capus*, nihil est nisi *cafsus;* itaque Varroni ubique ut *caussa, cassus,* non *casus* erit reddendum. Ex eodem est *quom* et quae huic affinia, *quoius, quoi* quae non frequenter in Florent., saepius quem secuti sumus in Havn., leguntur; nunc vero Paris. a ubique fere *quom*, rarissime *cum* praebere relatum invenimus, ut hanc veterem formam Varroni constantem fuisse non amplius sit dubitandum. Haec et alia si codices vetusti addicerent, recepimus; si minus, ne in levioris momenti rebus nova sectari videremur, vulgatam servavimus.

Veterum quaedam testimonia suo loco non laudata, hic addenda sunt. Locum qui pag. 51 legitur ante oculos habuit Servius ad Aen. V, 560 his verbis:

Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Tatium a Lucumonibus, id est Tuscis auxilia postulasse, unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data, unde in urbe Tuscus dictus est vicus.

inde Servium *Tatium regem*, non *Sabinum regem*, vel *latinum* in libris suis invenisse docemur. Quae exstant pag. 125, laudat Charisius pag. 43:

Mensam sine N litera dictam Varro ait quod media poneretur, sed auctores cum N litera protulerunt, Virgilius saepe; sed et Mensam cum N posse dici item Varro ait quod et mensa ἄβρωτα edulia et esculenta ponerentur.

Pag. 195 Macrobius Saturn. I, 4 his allegat verbis:

Feralium diem ait Varro a ferendis in sepulcra epulis dici.

Naevii verba Varroni pag. 387 ex bello Punico laudata, etiam apud Festum, et Paulum pag. 480 leguntur, ubi haec:

PAULUS. *Sardare* [corr. ex Varr. *sarrare*] *intelligere. Naevius: quod bruti nec satis sardare queunt.*

FESTUS. *Sardare* intelligere *significat Naevius* belli Pu*nici* libro *quod* bruti nec satis *sardare queunt* . . .

C o r r i g e n d a

in textu.

Pag.	24,	6	scribe	*ad agricolam,* et sic in notis
—	27,	5		*quem demonstrat dicit*
—	43,	3		*quod non habet rimam*
—	48,	1		*hic mons*
—	54,	2		*Exquilinae*
—	71,	1		*omneis*
—	80,	8		*a volatu*
—	128,	7		*deorum*
—	137,	6		*quod manu*
—	143,	4		*muniebat moenia, quo*
—	163,	6	del.	*porta*
—	168,	4	scribe	*ut sagum*
—	195,	4		*februum*
—	307,	1		*adulescentem*
—	316,	1		*locis aliis*
—	346,	5		*sic adsignificat*
—	365,	1		*commota mente quos*
—	431,	2		*bovile non*
—	471,	1		*Sed inductis*
—	485,	1		*muliebris*
—	496,	6		*ut Terentium et Terentiam*
—	522,	4		*minores*
—	554,	9		*rerum quam vocum*
—	583,	3		*Accius haec*

in Notis.

Pag.	7,	10	ab infer.	*agguilla*
—	19,	10	—	um *rudentisibibus*
—	22,	8		lectio sensu carere videtur; locum mutato
—	25,	14		ὦ *terra trita,* Pius.
—	73,	9		*ortus orcus,* Codex B. Vulg.
—	117,	19		*lac.* Havn.
—	123,	19		*trula* Cod. B.
—	142,	6		*quo est*
—	188,	5		*desideratam*
—	204,	12		*hieis* Codex B.
—	232,	3		Edit. princ. vet.
—	281,	12	ab inf. adde	*demunt* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat.
—	311,	4	ab infer.	quas] Sciopp. —
—	316,	9		*epigramatum* Codex B. Ed. princ.
—	616,	14	ab infer.	Cod. Mon. *Manender.*

M. TERENTI VARRONIS

DE

LINGUA LATINA

LIBRI

QUI SUPERSUNT.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER QUINTUS.

M. Terenti — quintus] Fidem atque auctoritatem vetustissimi nostri codicis facile vel in limine operis Varroniani agnoveris, qui unus veram eamque a vulgatis prorsus diversam lectionem sive potius librorum distinctionem nobis servavit. Editio princeps et Rholand.:

M. Terentii Varronis. De lingua latina.

Turnebi vetus Codex:

M. Terentii Varronis de lingua Latina, de disciplina originum verborum ad Ciceronem incipit liber primus.

Edd. Venetae I et II.:

Liber primus M. Varronis de lingua latina.

Cod. Havn. Edit. vetust.:

M. T. [*T.* om. Havn.] *Varro de lingua latina.*

Edd. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. Vertr.:

M. Terentii Varronis de lingua latina et [Ald. et Bas. addunt *de*] *verborum origine ad* [*M. Tullium* Vertr. et Sciopp.] *Ciceronem liber quartus.*

Vulgatae Edd.:

M. Terentii Varronis de ling. lat. ad M. Tull. Cicer. liber quartus.

In Florentino vero ita scriptum legitur:

M. Terenti Varronis. De lingua latina. DE Disciplina originum verborum ad Cic. liber IIII explicit, incipit liber quintus.

Et sic deinceps, qui in vulgatis est liber quintus, in nostro sextus, qui nonus, decimus. Indicavit hanc codicis scri-

pturam iam *Petrus Victorius*[1]). Var. Lect. V. 21, ubique Varronis libros ex illius libri fide notare consuetus, quam, quantum equidem scio, praeter *Nicol. Loensem.* miscell. epiphyll. IV, 15, qui ita: *Varro de ling. lat. in quarto, seu quinto, ut alii eos libros numerant,* nemo ne mentione quidem dignam censuit, et videtur vero inepta et verbis Varronis prorsus contraria, qui sic dicit: .... *sex libris exponere institui; de his tris ante hunc feci, quos Septumio misi. in his ad te scribam.* Et in fine libri sexti. *institutis sex libris... tris scripsi P. Septumio... tris tibi, quorum hic est tertius.*

Nullum mihi est dubium quin hoc ipso Varronis testimonio freta editio Aldina, prima, ni fallor, exhibuerit: *liber quartus;* eamque ad unum omnes reliqui secuti; nondum enim in codicibus scriptis haec lectio inventa. Sed falsam esse conjecturam eius qui Ald. editionem curavit, et si illa verissima et Varrone ipso firmata videtur, facillime probabimus; nam refutatur ab omnibus quorum notio ad nos venit, scriptoribus, horum Varronis librorum auctoritate usis.

I. A. GELLIUS, libro X. cap. 21.

Propterea quid M. quoque Varro de ista voce [*novissimus*] *existimaverit, verbis ipsis ex libro de lingua latina ad Ciceronem SEXTO demonstrandum putavi: Quod extremum, inquit, dicebatur etc.*

Sed haec in omnibus Varronis libris, non SEXTO, sed QUINTO leguntur libro pag. 67 Bip., excepto nostro Florentino codice. Non tamen reticendum in Aldina Gellii editione re vera legi: *ad Ciceronem QUINTO.* sed haec mera est conjectura Aldi ex Varrone scilicet Aldino hausta. Nam omnes Codd. Gellii, et ille ex Divi Marci bibliotheca, non quidem valde antiquus (vid. Jac. Gronov. praefat. pag. XXXI. Conr.) at ex antiquissimo descriptus (vid. Politiani miscell. cap. XLI) cuius lectiones penes nos sunt, servant *sexto.* et Carrio in Antiq. lect. III, 4. de hac re ita scribit: *Illud autem mihi religio est tacere, utrumque Agellium manuscriptum haec sexto Varronis de Ling. Lat. libro, non quincto, in quo illa leguntur hodie, adscripsisse, quod, quale sit nihil pronuncio.*

II. A. GELLIUS, libro II, cap. 25.

M. quoque Varronis ad Ciceronem de lingua latina liber octavus nullam esse observationem similium docet, inque omnibus pene verbis consuetudinem dominari ostendit.....

1) Ante Victorium Franc. Puccius in notis Mssc. ad Catull. LXI, 138. verba *a cinere cinerarius* (vulg. IV, 29.) tacite ex quinto ad Ciceronem laudat.

Sed idem Varro in aliis libris multa pro analogia tuenda scripsit.

Quae ibi a Gellio ex Varrone laudantur verba, ea cum multis aliis exciderunt; at certum est illa non exstitisse libro qui nunc fertur *octavus*, quemque Gellius affert, sed in illo qui hodie *septimus*, in Codice autem nostro *octavus* numeratur[1]). Nam in hoc Varro contra analogiam disputat, adversarium analogiam esse negantem fingens, quem ipse refellere studet libro sequenti; iam vides quid sit illud Gellii *in aliis libris*, imo in hoc id ipsum refutatur a Varrone, quod *ex libro octavo* protulit Gellius. Ita enim Varro cap. 56. pag. 153 Bip.

Similiter errant, qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere, ut in his pungo, pungam, pupugi; tundo, tundam, tutudi. Dissimilia enim conferunt etc.

III. PRISCIANUS, sive, ut Barthio placet Adv. I. cap. 15. alius, auctor de ponderibus, tom. II. pag. 393. ed. Krehl.

Varronis quoque auctoritate supradictorum pleraque comprobemus. Varro de Lingua Latina Libro QUINTO. Multa pecuniae signatae etc.

Aelias Vinetus in editione sua ad hunc locum: *In laceris illis et mutilis Marci Varronis reliquiis quae extant liber numeratus quartus, in quo leguntur haec de asse et partibus eius.* Hac Vineti nota motus Putschius *libro quarto* edidit. Veteres quaedam editiones haec verba ignorant; duo vetusti Codd. Monac. *libro quinto* cum aliis servant.

IV. LYDUS, De magistrat. Roman. pag. 116. de tunica et balteo:

φίβουλαν αὐτὴν πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι. Τὴν δὲ ὅλην τοῦ περιζώματος οἱ Γάλλοι καρταμέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ ῥωμαϊκὸν τοῦτο τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος ΒΑΡΡΩΝ ἐν βιβλίῳ ΠΕΜΠΤΩΙ περὶ ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαρθροῦται, ποία μέν τις λέξις ἐστὶν Αἰολική, ποία δὲ Γαλλική, καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν ἡ Θούσκων, ἄλλη δὲ Ἐτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.

Egregie iam editor vidit, a Lydo intelligi locum, qui nunc legitur *libro quarto* cap. 24. pag. 33 Bip. valde mendosum: *Lorica a loris, quod de coria crudo pectoralia faciebant; post-*

1) Vertranium qui in notis ad Varronem pag. 326. verba apud Gellium excidisse censet libro vulgo octavo cap. LVI. vulgaris librorum fefellit distinctio.

ea succuderunt Galli e ferro sub id vocabulum ex anulis ferream tunicam.

V. DIOMEDES, libro 1. pag. 371, seq. ed. Putschii.

Salior frequens videtur et tritum ut perfecto tempore salsus, salsa, salsum dicamus. Sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes, salitus sum dixerunt a positione sallo, non salio. Ut Varro ad Ciceronem QUINTO. ut servarent, sallere.

Locus exstat in libro *quarto*, non *quinto* vulgatae distinctionis librorum. pag. 32 Bip. cap. 22.

Succidia ab suibus concidendis; nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et ut servarent salere.

ita Augustinus ex Diomede puto; codd. et libri omnes *salire.*

VI. CHARISIUS, institut. gramm. lib. I. pag. 56 P.

Pulmentum et Pulmentarium dicitur. Nam Cato originum tertio: Laserpitium pro pulmentario suo habet. In eodem: multo pulmento usi. Sed quidam putant, pulmentum quasi pulumentum melius dici. Varro autem ad Cicer. QUINTO Pulmentum, ait, quod id cum pulte essent et inde pulmentarium dictum.

Sane haec Varronis verba leguntur in Codice nostro, *libro quinto*, sed in ceteris omnibus *quarto*, cap. 22. pag. 31 Bip.

VII. CHARISIUS, libro I. pag. 81.

Bovile vetat dici Varro ad Ciceronem libro OCTAVO, et ipse semper bubile dicit, sed et Cato de abrogandis legibus bovile dixit.

Extant in vulg. libro *septimo*, cap. 30. pag. 117 Bip.

Primum cum dicatur ut ab ove et a sue, ovile et suile, sic a bove dicitur bubile, non bovile.

His tamen quae firmissima stant duo refragantur loca apud Nonium Marcellum, alter legitur s. v. prolubium. I, 324.

Varro de lingua latina libro QUINTO, prolubiem et prolubidinem dici ab eo, quod lubeat. Unde etiam lucus Veneri Lubentinae dicatur.

Intelligit locum, qui in vulg. legitur libro *quinto*, *sexto* autem in Codice, pag. 63. cap. VI.

Ab lubendo Lubido, Lubidinosus ac Venus Lubentina et Lubitina.

In Nonio *quinto* invenitur in Ald. Basil. Gothofr. Iun. Merc. Sed in editione Veneta anni 1492, item anni 1498 sic exaratum:

Varro in ling. lat. li. IIII.

scrib. lib. VI. Nam ex Aldo fluxit illud *quinto.*

Alter vero locus legitur IV, 384. s. v. protinus.

Varro etiam de lingua latina libro SEXTO vel protinam vel protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit, et tamen quoniam (ut mihi videtur) patet eius adverbii enunciatio varia significantia eius mutata pro locis exemplis testibus designanda est.

Varronis locus, quem Nonius respicit legitur libro *sexto*, pag. 101. cap. VI.

In Lampadione Protinam a protinus continuitatem significans.

Sed ne hic quidem locus valet; nam illa Nonii verba omnino desiderantur in illis Venetis; ceteri autem editores ad Varronis libros correxerunt; quare illi videant, quibus copia est Codicum Nonii, quae nobis deest, an non in illis *libro septimo* appareat.

Testes habes satis locupletes, quibus firmetur codicis nostri lectio. Iam vero ratio quaerenda; et fortasse non inepte cuipiam in mentem veniat primum operis spissi atque ampli librum fuisse indicem omnium viginti quatuor librorum, quod idem in Plinii historia; at hoc invito ipso Plinio factum, qui indicem praefationi subiecit, quo declararet quid quove in libro quaeri invenirique posset, non vero primi libri historiae suae naturalis loco praemisit. Idem fecit Aulus Gellius; nondum enim exstitit qui ex illius viginti libris nobis, indice ut primo libro praemisso, unum et viginti procuderet.

Multum igitur debemus *Prisciano*, qui hac de re meliora nos docet. Ita enim hic loquitur lib. I, cap. VII. 39. pag. 37 Kr. ut vetustissimi exhibent codices:

Et quidam tamen vetustissimi autores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises, agceps, aggulus, aggens, quod ostendit VARRO in PRIMO[1]) DE ORIGINE LINGUAE LATINAE his verbis: Ut Ion scribit quinta vicesima et littera quam Agma vocant, cuius forma nulla et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis: Aggulus, aggens, agguissa, iggerunt.

Jam apparet et satis probatum, primum Varr. operis librum (quod res fere ipsa flagitabat) originem linguae latinae tractasse, tum secutos esse tres ad Septumium et tum demum illos ad Ciceronem, ita ut iure suo, qui vulgo quartus, liber quintus sit inscriptus. Quod si coniecturae locus est, non multum fortasse a veritate abhorrebit, si librum primum ad *Pompeium* scriptum pronunciamus, quod ut putemus maxime

1) vulgo *libro primo*. Prius in Codice Monac. voci *primo* ut glossa suprascriptum et constanti Prisciani mori adversatur.

nos movet locus quidam, qui legitur apud Lydum de magistrat. I. cap. 5. pag. 18.

ὥστε τύραννος ἦν ὁ Ῥωμύλος, πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν ἀνελὼν καὶ τὸν μείζονα καὶ πράττων ἀλόγως τὰ προσπίπτοντα. ταύτῃ καὶ Κυρῖνος προσηγορεύθη, οἱονεὶ κύριος, κἂν εἰ Διογενιανῷ τῷ λεξογράφῳ ἄλλως δοκῇ· οὐδὲ γὰρ ἀγνοήσας ὁ Ῥωμύλος ἢ οἱ κατ' αὐτὸν, δείκνυται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, τὴν Αἰολίδα λέγω, ὥς φασιν ὅ τε Κάτων ἐν τῷ περὶ ῥωμαϊκῆς ἀρχαιότητος, ΒΑΡΡΩΝ τε ὁ πολυμαθέστατος, ἐν προοιμίοις τῶν πρὸς ΠΟΜΠΗΙΟΝ αὐτῷ γεγραμμένων, Εὐάνδρου καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντων ποτὲ καὶ τὴν Αἰολίδα [illegible]ρβάροις ἐνσπειράντων φωνήν.

Hoc Varro [illegible]re suo etiam libro quinto, cap. IV. pag. 8 Bip.:

Evander enim qui venit in Palatium e Graecia, Arcas fuit.

Certe si non inanis est conjectura mea, egregie haec habent locum suum, in libro de linguae origine. Sed videant alii. Leve tamen mendum Florentino Codici inhaerere videtur; tres enim libri, qui praecederent, cum ad Septimium essent scripti, ultimum horum: *ad Ciceronem liber quartus explicit* falso notari, negari nequit. Sed maxima operis pars, imo omnes, quantum scimus, reliqui libri unum devinginti ad minimum Ciceronis nomini erant inscripti, quo ut omnes a posterioribus *libri ad Ciceronem* appellarentur, facillime fieri potuit; idque magis erit probabile, si aliud Varronis opus *De Sermone Latino ad M. Marcellum*, in quo eum multa de poematis et metris disputasse fragmenta ostendunt, apud veteres exstitisse meminimus, ita ut *libri ad Marcellum* opus *de sermone latino*, *libri ad Ciceronem* hoc *de lingua latina* significarent. Quare apud Servium si legimus, (ad Virg. Ecl. II, 63. Aen. XII, 139.) *Varro ad Ciceronem tertio*, non qui re vera tertius est liber ad Ciceronem, i. e. septimus; sed totius operis de lingua latina tertium ab eo intelligi puto. Hac de re iam Turnebus aliquid sensisse videtur, qui ad Ciceronis Acad. I, 1. haec scribit: *Horum partes, ut tres primos libros privatim Septimio, aliquos alios Ciceroni, alios Marcello nuncupaverat, opus tamen totum, ut reor, Ciceroni dicarat, quod in multos excreverat libros. Citatur autem a Carisio* (pag. 115, 13.) *Varro ad Ciceronem, lib. 22.*

Terenti.] Hanc scribendi rationem exhibuimus, non quo veram eam esse putemus, sed ne iniuriam faciamus vetusto nostro codici, qui semper *Terenti*, nunquam *Terentii* praestat; accuratius vero ut sententiam nostram declaremus, Varronis ipsius de hac re praeceptum nos movet. Iam ante Bentleium disputavit egregie H. Norisius ad Pisanas tabulas; litteram i non apicari docuit Lipsius de recta pron. ling. lat. cap. 5.

Scaliger ad Varr. pag. 172. Bip. *Videntur etiam tum aetate Varronis duplices non multum in usu fuisse. Itaque quod ille scripserat Eni pro Enii, putarunt enim esse.* Multa nuperus Dawesii editor. Forbigerus in libello de Lucretii carmine, pag. 75. „*Ego hac in re ei adsentiri non possum, quum mihi nondum persuasum sit, regulam illam a scriptoribus Propertio prioribus fere ubivis ita observatam esse, ut, si quo loco aliter scriptum appareat, is statim corrigendus vel spurius censendus sit,*“ et post allatis exemplis, pag. 76. *Altera autem causa, qua motus hos locos non conjecturis sollicitandos esse puto, ipse est seriorum scriptorum ex aevo Augusteo usus. Vix enim intelligitur, quomodo hi scriptores, Propertius inprimis, quem minime novas formas induxisse, imo ad pristinas potius et antiquatas rediisse constat, in illam licentiam incidissent, si ne unus quidem veterum auctorum illa soluta genitivi forma uti sibi indulsisset.*

Haec omnia ex Spohnii accepta doctrina verissime nos docet Forbigerus; quem vero ex Virgilio attulit locum, non est contrarius; loquitur enim Bentleius de nominibus substantivis, non adjectivis, cuius generis plura invenias exempla, quamvis vetusti codices et in his breviorem praestantes formam saepe simplex i servant. Victorius ad II, 1. de R. R.:

Asini Arcadici. In manuscriptis Arcadi. Arcadii ex antiqua scriptura legi posset ut supra Pecuari pro Pecuarii, Statili pro Statilii; nam hoc etiam veteres librarii hic servabant, quod poetae in secundo casu illorum nominum quae geminatam illam litteram haberent, frequenter usurparunt; alterum enim I subtrahebant; ea enim ratione ab optimo poeta Tuguri, Peculi, Patavi, Oti, dictum est. Nam Arcadium etiam ab Arcadia declinari eiusdem poetae versu hoc confirmari potest (Georg. IV. 293. add. Aen. VIII, 573.)*:*

Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri.

Conf. Victor. Var. Lect. XVII, 1. idem in Mssc. notis Ciceronis *res mancipi* explicans haec addit: *quam rationem hodie quidam studiosi antiquitatis renovarunt.* Qui illi tunc temporis fuerint, me nescire fateor. Decurtata genitivi forma in quovis fere occurrit scriptore, et quo vetustior est codex, eo frequentius invenitur. Sic in Florentino codice Taciti v. c. Annal. XI, 1. *At Claudius... Crispinum Praetori praefectum misit*, non *praetorii*, XI, 35. *mirum inter haec silentium Claudi: Iulius ignaro propior*, non: *Claudii: Vitellius* et sic saepius. Varronis adhuc aetate usum veterem frequenter dominasse patet ex VIII, 18, de Ling. Lat.:

Dissimile Plautus et Plautius, et commune ut huius, Plauti: et Marci, Plauti.

cui adjungendus Gellii locus III, 3. pag. 270 Conr.:

In eodem libro Varronis id quoque scriptum Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum, cuius quoniam fabulae PLAUTI inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

Illa superiora Varronis verba ab adversario, analogiam esse qui negaret, non ex auctoris nostri mente, qui eam defenderet, dicta esse tenendum; quem haud scio an ipsa haec analogia alteram ut reduceret formam tum minus usitatam duplici I, commoverit, quae libro IX. de Ling. Lat. inserta cum aliis exciderunt, sed inde fortasse servata a Charisio I, 59 seqq. talia enim aequalibus suis Varro praecepit:

LUCIUS, AEMILIUS et cetera nomina quae ante U habent I, duplici I genitivo singulari finiri debent, ut[1]) necesse sit adversus observationem nominativo non[2]) minorem fieri genitivum; idque VARRO tradens adiecit vocativum quoque[3]) singularem talium nominum per duplex I scribi oportere, sed propter differentiam casuum corripi[4]). LUCILIUS tamen et per unum I in genitivo scribi posse existimat; ait enim

servandi numeri et versus faciendi
Nos Caeli, Numeri, numerum et servemus modumque.

Nunquam enim hoc intulisset nisi et Numerium per duplex I huius Numerii faciendum crederet.... PLINIUS quoque dubii sermonis quinto dicit esse quidem rationem per duo I scribendi, sed multa iam consuetudine superari. Varro enim[5]) opinionem de vocativo[6]) casu traditam infirmat, quod hic Pius, huius Pii et vocativo Pii faciat; ideo enim semper vocativus casus eandem scripturam patitur quam genitivus[7]).

VARRO igitur ut ex hoc apparet loco, primus fuit, qui vulgato tunc usu reiecto alteram formam minime quidem ignotam, sed non aeque frequentatam probaret. Neque desunt similia exempla. Iulius Caesar *Maximus Optimus* etc., et pronuntiavit et scripsit; inde propter tanti viri auctoritatem con-

1) *ut* om. Edit. princ.
2) *non* om. Edit. princ.
3) *tradens adicit quae* Edit. princ.
4) *scribi debere frequentius casum corrupi* Edit. princ.
5) *Varro enim* om. Edit. princ.
6) *genitivo* Edit. princ.
res maiore ratione legebantur] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *res ma-*
ior erat eo legabantur Vertran. — *orato res maior erat,*
legabantur Sciopp., et in marg. *Fort. oratu. q. V. C. cum*
orationes maiore ratione legebantur — qui enim ut habe-
ret orationem, publice ab universis tum legebatur, ab ora-
tione orator dictus; cum res maior erat, legebantur. Tur-
nebus.

commodissime] *comodissime* Edit. princ. vetust.

olli] *ollim* Edit. princ. vet. — *olim* Edit. Rhol. Venet. I. II.

respondit] Florent. — *respondet* reliqui.

Egeriai] Victor. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *egria .I.* Florent. — *cgria* Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *egeria* Ald. Basil. Paris. Gryph.

Olli valet dictum illi, ab Olla et Ollus, quod alterum comitiis quom recitatur a praecone, dicitur *Olla centuria*, non illa; alterum apparet in funeribus indictivis, quo dicitur *Ollus leto datus est*, quod Graecus dicit λήθῃ, id est oblivioni.

Apud ENNIUM

Mensas constituit idemque ancilia

Ancilia dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque

olli valet] *id est olli valit* Havn.

dictum illi] *dictum ilii* Ed. princ. vet. — *deinde illi* Havn.

ab olla et ollo] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab olla et ollus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

cum recitatur] *cum renunciatur* Sciopp. — *quom recitatur* Havn.

indictivis] *indictiveis* Vulgat. — *inductivis* Havn. conf. V, 33.

quo dicitur] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *quom dicitur* Vulgat. — *cum dicitur* Vertr. Sciopp.

ollus leto datus est] Florent. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.; item sed *letho* Rhol. Venet. I. II. — *ollus loetus datus est* Havn. — *ollus datus letho* Ed. princ. vet. — *ollus est datus leto* Cod. B. — *Ollus Quiris leto datus est* Fulv. Ursinus ad Festi fragm. pag. 32 et ad Ant. August. Legg. pag. 353 B.

λήθῃ] *lithi* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — λ Havn.

id est] om. Codex B.

oblivioni] *oblivio* Cod. B.

mensas constituit] Forent. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Vulg. — *menses constituit* Augustin. ex libro in margine, Vertran. — *enses constituit* Sciopp.

idemque ancilia. Ancilia] Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *idemque. Ancilia* Florent. Havn. — *idemque Ancilla: Ancilla* Edit. princ. vetust. — *idemque ancilla. Ancilia* Sciopp.

ab ambecisu] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. — *ab ampe cisu* Sciopp. — *ab ancisu* Rhol. Ven. I. II. Ald Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran.

ut Thracum] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

parte, ut Thracum incisa. Saturnio in carmine . . . .

Libaque fictores Argeos et tutulatos.

Liba quod libandi causa fiunt. Fictores dicti a fingendis libis. Argei ab Argis; argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXIIII; ea quotannis de ponte sublicio

Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *ut peltae Thràcum* Cod. B. Vulg. Vertran.

Saturnio in carmine] Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. — *ut Saturnio in carmine* Scaliger. — *ut Saturnio in carmine incisia* Popma. — *Sotadico in carmine* Sciopp. — *et item alibi* Cod. B. — *item alibi* August. marg. — om. Flor. Havn. — Conf. Columna pag. 41. Plura excidisse quae infra seqq. *eundem Pompilium ait*, aperte docent; itaque servatis his verbis lacunae signa posuimus.

libaque] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *liba quae* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *saliba quae* Florent. — *salibaque* Havn.

Argeos] *Argios* affert Ant. Augustin. ad Fest. pag. 581.

tutulatos] *titulatos* Cod. B. Ed. princ. vet. — *tutulanos* Havn.

liba quod] *liba* Havn.

causa] *caussa* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

libis] *libeis* Vulgat.

argei] *agrei* Havn. pr. m.

scirpeis] Flor. Havn. Cod. B. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *sirpeis* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *scirpeeis* Vulgat. — *scripeis* Ed. princ. vetust. — huic addita vox *virgultis* in Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. — *virgulteis* Vulgat. — om. Flor. Havn. Sciopp. — vid. Victorii Var. Lect. XVIII, 7. quem Scaligerus descripsit.

simulacra] *simulachra* Edit. vetust. Rhol.

hominum] Flor. Havn. Sciopp. — *sunt hominum* Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

XXIIII] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *XXX* Ald. Bas. Par. Gryph. — *triginta* Vulg. Vertr. Sciopp. — *viginti quattuor* in margine Augustin. Vertr.

quotannis] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *quotanneis* Vulg. — *quotannos* Cod. B.

de ponte] Florent. Havn. — *a ponte* Cod. B. Ed. princ. vet.

a sacerdotibus publice deici solent in Tiberim. Tutulati dicti ii, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam id; Tutulus appellatus ab eo quod, matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent uti velatos, dicebantur Tutuli; sive ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, sive ab eo, quod, altissimum in urbe quod est, arx, tutissimum vocatur. Eun-

Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ponte* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
a sacerdotibus publice] omittit Edit. princ. vetust. — *publice* om. Cod. B.
deici] Rholand. — *deiici* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *jaci* Codex B. Edit. princ. vet, Vulg. Vertr. Sciopp. — *duci* Florent. Havn.
Tiberim] *tyberim* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
tutulati] *titulati* Cod. B. Edit. princ. vet. Venet. I. II.
dicti ii] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. — *dicti hi* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.
in sacris] *in sacreis* Vulgat.
in capitibus] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *capitibus* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — praepositio typographi negligentia in Rhol., et inde in reliquis omissa. — *apicibus* Scaliger.
tutulus] *titulus* Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
appellatus] Flor. Havn. — *appellatur* reliqui.
quos habent] *queis habent* Turnebus.
uti velatos] *uti vellatas* Havn. — *uti elatos* Scaliger. — *reti velatos* Cuperus Observat. IV, 9. item Festi editor p. 582.
dicebantur] Florent. Havn. *dicunt* ceteri.
tutuli] Flor. Havn. — *titulos* Cod. B. — *tutulos* ceteri.
quod id tuendi] Flor. Havn. — *quod tuendi* reliqui.
causa] *caussa* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
fiebat] Flor. Havn. — *fiebant* reliqui.
quod est, arx, tutissimum vocatur] Sciopp. — *quod es ares* (*arx*) *tutissimum vocatur* (ϑ) Havn. — Florent. Cod. sic: *quod est tres tutissimum vocatur*, in quo, ni fallor, aperte *turres* emendandum. — *quod est ea res tutissima tutulus vocatur* Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. item sed *titulus* legens Cod. B.

dem Pompilium ait fecisse flamines, qui quom omnes
sunt a singulis Deis cognominati, in quibusdam appa-
rent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in
quibus flaminum cognominibus latent origines, ut in
his qui sunt versibus plerique, Volturnales, Palatuales,
Furinales, Florales; qui Falacres et Pomonales, fe- (74)
cit hic idem, quae obscura sunt. Eorum origo Vol-

— *quod est arx ea res tutissima tutulus vocatur* Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.
Pompilium] Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *pompolium* Edit. princ. vet. — *Pompilium Numam* Cod. B. Vulg. Vertr. — utrumque om. Sciopp.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
omnes sunt] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *omnes sint* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *omnes a singulis sunt* Havn.
deis] *deeis* Vulg. — *dies* Gryph.
apparent ἔτυμα] *apparet* ε. Havn. — *apparent etyma* ceteri omnes.
et Quirinalis] Florent Havn. Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *et* om. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran.
sunt in quibus] *sit . in quibusdam* Havn.
flaminum] *flaminium* Edit. princ. vet.
ut in his, qui] Flor. Havn. — *ut qui* reliqui. — Sciopp. totum sic dedit: *Sunt, in quibus latent, ut in his, Vort.* etc. ceteris omissis.
sunt versibus] Florent. Havn. — *sunt in versibus* reliqui.
Volturnales] Florent. Edit. princ. vet. — *Volturnalem* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *Volturnalis* Cod. B. Vulg. Vertr. — *Vortunalem* Turnebi vetus codex.
palatuales] Flor. — *palatualem* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *palatualis* Codex B. Vulg. Vertr.
furinales] Flor. Edit. princ. vetust. — *furinalem* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *furinalis* Codex B. Vulg. Vertr.
florales] Flor. Edit. princ. vetust. — *floralem* Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *floralis* Cod. B. Vulg. Vertr.
qui Falacres et Pomonales fecit hic idem, quae obscura sunt]

turnus, diva Palatua, Furina, Flora, Falacer, Pater pomorum; nam . . .

Apud ENNIUM

Iam cata signa ferae sonitum dare voce parabant.

Cata acuta; hoc enim verbo dicunt Sabini; quare

catus Aelius Sextus

non ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est

Tunc cepit memorare simul cata dicta

sic Flor. — *qui Falacrem et Pomonalem fecit hic idem, quae obscura sunt* Havn. Sciopp. — *qui Falacrem et Pomonalem fecit obscura est* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui Falacer et Pomonalis obscura est* Codex B. — *Falacer Pomonalis obscura est* Ed. princ. vetust. Vulg. Vertr.

diva Palatua] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *O diva Palatua* Edit. princ. vetust. — *Palatua* Cod. B. Vulg. Vertr.

Furina] *Furrina* Flor.

Falacer, pater pomorum] Flor. Havn. — *Falacer, Pomona, pomorum pater* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Falacer, Pomona pomorum patrona.* Vulgat. Vertran. — *Falacer Pomona* Sciopp. cum Turnebo deletis *pomorum pater.*

Nam apud Ennium] Florent. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Apud Ennium* Vulg. Vertran. Sciopp. — *nam apud . . . enim verbo* om. Havn. — Plura exciderunt, quorum ultimum fuisse videtur vocabulum *nā* (sic Ed. princ. vetust.) hoc est: *natura;* tum novum incipit Varronis more verbis: *Apud Ennium.*

ferae] Achill. Statius ad Catull. LXIII, 24. Vertr. Sciopp. — *fere* Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg.

dicunt Sabini] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *Sabini dicunt* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

catus Aelius Sextus] *Sextus Aelius catus* Codex B. — *Elius* scribunt Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — cf. Turneb. ad Cicer. Legg. pag. 576.

acutus

sapiens sed acutus] *sapienter sed actius* Havn.

coepit] *cepi* Havn.

memorare] Scaliger. Sciopp. — *memorari* libri omnes.

accipienda acuta dicta.

Apud LUCILIUM quidem

Thynno capto corium excludunt foras.

et

Occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri.

et

Summe rete atque amian

piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo.

Apud ENNIUM

quaeque in corpore causa

dicta accipienda] *accipienda* Havn.

Apud Lucilium quidem] Flor. Havn. — *apud Lucilium. Quidam* Turnebi cod. — *apud Lucilium* ceteri. — Fort. *Apud Lucilium quod est*, ut primus senarii pes exciderit.

thynno] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *thinno* Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *timno* Edit. princ. vetust. — *tymno* Cod. B. — *thunno* Sciopp.

capto] Fort. *captato.*

corium] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *cornum* Edit. princ. vetust. — *corvum* Cod. B. Vulg. Vertr.

excludunt] *excludendum* Scaliger.

et occidunt] Flor. Havn. — *occiduntque* ceteri.

lupe, saperdae te] Turnebus. — *lupes aperdete* Havn. — *lupos aperdete* Flor. — *lupos aperdite* ceteri.

siluri] *siluti* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

et] Flor. Havn. — omittunt ceteri.

sume rete] Flor. Cod. B. Sciopp. — *sume rhete* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *sumerete* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *Sume cete* Popma. — *sumina te atque amiae* Turnebus. — *sumen te atque amia* Scaliger.

amian] Florent. Edit. princ. vetust. — *amiam* reliqui.

in Graecia] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *e graecia* Ald. Basil. Par. Gryph.

quaeque in corpore causa] Flor. — *quaeque in corpore eam* Havn. — *quoque* Edit. princ. vetust. — *quaeque* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. — *quae quom* Sciopp. — omnia om. Cod. B.

Ceruleo felo orta nare ceptat

DESUNT QUAEDAM.

91 . . Cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde quod inde sortes primae existimatae.

Apud ENNIUM

ceruleo] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *caeruleo* Vulg. Vertr. Sciopp. — *coeruleo* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *curuleo* Edit. princ. — *coruleo* Edit. vet.

felo] Flor. Rhol. — *telo* vel *celo*, nam ambiguum erat primum lineamentum, Turnebi codex. — *fela* Codex B. Edit. princ. vetust. — *foedo* Havn. — *fero* Venet. I. II. ex illo *felo* Rholand. — *freto* Pius. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.

orta] *orca* Edit. princ. vetust.

nare ceptat] Flor. — *nare coeptat* Vetus quidam Codex apud Sciopp. in margine. — *mure ceptat* Havn. — *nare ceptant* Edit. princ. vetust. Codex B. — *nare cepta* Rhol. — *nare coepta* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *nare coepit* Sciopp.

DESUNT QUAEDAM] Vulgat. Vertr. Sciopp. — in reliquis libris, Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph., lacunae indicium desideratur, nihilque deesse, Scaliger affirmat, sic legens:

Quaeque freto cava caeruleo cortina receptat,

Turnebum secutus, qui emendaverat

cava quaeque in
corpore caeruleo caeli cortina receptat.

quae prolata voce *causa* ex Florent. nunc labant; verum est quod Augustinus iam vidit, quaedam excidisse; versus ipse vix restitui potest, cum quod verbum Varro explicuerit, ignoratur.

Apollinis] *Appollinis* Edit. princ. vetust.

quod inde] *quod in* Havn.

sortes primae] Flor. Havn. Cod. B. Sciopp. — *sortes primum* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

existimatae] Flor. Havn. Sciopp. — *extimatae* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aestimatae* Cod. B. Vulg. Vertr.

Quin inde invitis sumpserint perduellibus.

Perduelles dicuntur hostes; ut Perfecit, sic Perduellum, et Duellum id postea Bellum. Ab eadem causa facta Duellona Bellona.

Apud PLAUTUM

Neque iugula, neque vesperugo, neque vergiliae occidunt.

Iugula signum quod ACCIUS appellat Oriona quom ait

citius Orion patescit.

huius signi caput dicitur ex tribus, quas infra duae cla-

quin inde] *Quid unde* Turnebi Codex. — *quius inde* Havn. — *vindictam victis* Scaliger.

invitis] Florent. Havn. Sciopp. — *invicteis* Vulg. — *invictis* reliqui.

sumpserint] Florent. Havn. — *sumpserunt* reliqui. — *sumserunt* Vulg. — Columna pag. 305

dicuntur hostes] Flor. — *dicunt hostes* Havn. — *sunt hostes* ceteri.

ut perfecit sic] Florent. Havn. — *ut perficit sic* Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *perfecit* Sciopp.

et duellum] Florent. Havn — *duellum* ceteri.

id postea] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *id est postea* Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Duellona] *Duelliona* Flor. Havn.

vergiliae] *vergilice* Edit princ. vetust. — *virgiliae* Ven. I. II. — *vergilae* Havn. — Amphitruo I, 1, 119.

signum] Florent. Havn. — *signum est* reliqui.

Accius] Florent. Edit. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Actius* Codex B. Rholand. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp.

Oriona quom ait] Havn. — *cum ait Oriona* Venet. I. II. — *Oriona cum ait* ceteri.

patescit] Havn. — *patefit* Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *patefecit* Codex B. Edit. princ. vetust.

ex tribus] Flor. — *ex tribus stellis* Havn. — *e stellis tribus* Codex B. Sciopp., item in margine Augustin. et Vertr. — *e stellis quatuor* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

quas infra] *qua infra* Havn.

rae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, Iugula dicta. Vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam OPILIUS scribit Vesperum; itaque dicitur alterum: *Vesper adest,* quem dicunt Graeci Δί' ἑσπέριον.

NAEVIUS

Patrem suum optumum appellat supremum.

Supremum a superrumo dictum; itaque in XII tabulis dicunt:

umeros] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *humeros* reliqui.

iugulum, iugula] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *iugulum, unde iugula* Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *iugulum, inde iugula* Vertr. Sciopp.

quae vespere] *quae s. vespere* Cod. B.

a quo eam] Florent. Havn. Sciopp. — *a quo etiam* reliqui.

Opilius] Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *opillus* Flor. et pr. m. Havn. — *Turpilius* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. — *Turpill.* Gryph.

dicitur alterum] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicitur alter* Cod. B. Vulg. Vertr. — *dicitur alterutrum* Scalig. Sciopp.

διεσπέριον] Florent. Havn. Sciopp. — *διέσπερον* Cod. B. Vulg. Vertr. — *Δία ἑσπέρον* Turnebi libri et vetus quidam Codex ap. Sciopp. in marg. — *ἕσπερον* Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

supremum optumum appellat] Florent. et qui *optimum* scribit, Havn. — *optimum appellat supremum* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *supremum appellat* Sciopp. — Fort. *supremum appellat optumum.*

a superrumo] Flor. — *a superrimo* reliqui.

XII tabulis] Flor. — *duodecim tabulae* Sciopp. — *duodecim tabulis* Havn. — *in XII tabulis* Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in duodecim tabuleis* Vulg. — *in duodecim tabulis* Vertr.

dicunt] Florent. Havn. Sciopp. — om. in reliquis.

SOLIS OCCASU DIEI SUPREMA TEMPESTAS ESTO.

Libri Augurum pro tempestate Tempestutem dicunt, id est supremum augurii tempus.

In Cornicularia

qui Regi

Latrocinatus decem annos Demetrio.

Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione Stipatores appellarunt, et qui conducebantur; ea enim (75)
merces Graece dicitur λάτρον. Ab eo veteres poetae

solis occasu] *solis occasum* Havn. — cf. Lindenbr. ad Censor. pag. 175. Gronov. ad Gellium XVII, 2, pag. 361.

diei] *dies* Gronov. l. cit.

tempestas esto] *tempestas est* Havn.

pro tempestate tempestutem] Flor. Vetus quidam Codex apud Sciopp. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *pro tempestate tempestatem* Havn. — *pro tempore tempestatem* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. — *pro tempestate* Sciopp.

dicunt, id est supremum] *dicunt supremum* Havn.

in Cornicularia] Vertr. Sciopp. idemque voluisse videtur Par. Gryph. quae *in cornicula.* addita maiore distinctione. — *in Cornicula:* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. — *in Corula* Cod. B. Edit. princ. vetust.

decem annos] *X annos* Cod. B. — *duodecim annos* libri quidam apud Augustinum.

atque ad latera] *aut quod ad latera* Sciopp.

habebant] *hebebant* Edit. princ. vetust.

ferrum] *ferum* Havn.

et qui conducebantur] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *aut qui conducebantur* Sciopp. — *et qui conducebantur mercede* Cod. B. Vulg. Vertr.

graece dicitur λάτρον] Victor. Var. Lect. XVI, 17. Turnebus. — *graece dicitur* CATPON Flor. — *dicitur graece λάτρον* Havn. — *graece dicitur cerdon* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *dicitur graece κέρδος* Ald. Par. Gryph. — *dicuntur graece κέρδος* Bas. — *dicitur λάτρον et σάτρον* Cod. B. — *dicitur graece λάτρον καὶ σάτρον* Vulgat. Vertran. — λάτρον καὶ στρίτον Sciopp. et in marg.: *q. V. C. καὶ σάτρον.*

nonnunquam milites appellant latrones, quod item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas.

Apud NAEVIUM

Risi egomet mecum cassabundum ire ebrium.

92 cassabundum a cadendo. Idem

Diabathra in pedibus habebat amictus epicroco.

Utrumque vocabulum graecum.

In Menaechmis [PLAUTI]

appellant] *appellabant* Havn. Victor. tacite loc. cit. — Florentinum *appellant* praebere Hier. Lagom. quoque testatur.
quod item et milites] Florent. Havn. — *quod item ut milites* Codex B. Ed. princ. vetust. — *quod item uti milites* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *quod itent uti milites* doctus quidam apud Augustin. Scaliger ad Festum pag. 408. — *quod item ut illi milites* Vertr. Sciopp.
Apud Naevium] *apud Nevium* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. ut semper in his legitur editionibus. — *apud Ennium* Turnebi vetus Codex, Havn.
Risi egomet] *Nisi egomet* Par. Gryph.
mecum] Florent. Havn. Vet. quidam Cod. ap. Sciopp. — *me* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Sciopp. — om. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.
cassabundum] *casabundum* Sciopp. cum Turnebo, ita et post.
ire ebrium . . . cassabundum] *cassabundus* Havn.
Idem] Florent. Havn. — *item* reliqui.
diabathra] *diabratra* pr. m. Havn.
in pedibus] Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *in pecudibus* Florent. Havn. Codex B. Editio princ. vetust.
habebat] om. Havn.
amictus] Flor. — *et erat amictus* Cod. B. Rhol. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *et erat amicus* Edit. princ. vetust. — *erat amictus* Havn. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.
epicroco] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *epicroco similis* Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.
in Menaechmis] *in menechinis* Edit. princ. vet. Rhol. — *in meecmis* Codex B. — *in menaechmes* Havn. — *in Menechimis* Flor. — *in Menaechmeis* Vulg. — V, 2, 46.
Plauti] om. Havn.

Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.

Idem est hoc verbum in Cementria NAEVII. Carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia; ex quo Carminari dicitur tum lana, cum ex ea carent quod in ea haeret; neque est lana quae in Romulo NAEVIUS appellat *Asta* ab Oscis.

sedere iubes] Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *sedere iubeas* Havn. Vulg. Vertr. Sciopp.
lanam carere] *lanam carpere* et post *carpere a carendo* ex Varrone citat Lambinus ad Horat. Epist. II, 1, pag. 319 E.
idem est hoc] *idem hoc est* Havn.
in Cementria] Flor. Sciopp. — *in Ementhria* Ed. princ. vet. Rhol. — *in Cemetria* Havn. — *in ementria* Ven. I. II. — *in Cosmotria* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *in Aemathia* August. ex libro et Vertr. in margine. — *in Commotria* Turnebus.
Naevii] *Nevii* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — in Cod. B. hoc loco tota haec desideratur sententia; inserta legitur infra post *quod in eo est;* ibique scriptum *Cementhria.*
tum purgant] *inde purgant* Havn.
careat spurcitia] *carent spurcia* Ed. princ. vetust.
ex quo] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ex qua* Cod. B. Edit. princ. vet.
cum ex ea carent] Flor. Havn. Sciopp. — *cum caret ea* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *cum caret eo* Cod. B. Vulg. Vertr.
quod in ea haeret] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *quod in ea eret* Havn. — *quod in eo est* Cod. B. — *quod in ea est* Vulg. Vertr.
neque est lana] Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *namque est lana* Havn. — *nequam. Est lana* Vulg. Vertr. — *nequam est . . lana* Sciopp. — *nequa est lana* Turnebus.
quae in Romulo Naevius] Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quae Naevius in Romulo* Havn. — *quam in Romulo Naevius* necessaria scilicet emendatione Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — Pauca post *quae* excidisse videntur nec quae sequuntur integra exstant.
Asta ab Oscis] Florent. et Vet. q. Cod. ap. Sciopp. — *osca* .

In Persa

Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

Congerro a gerra et Graecum est, et in Latina cratis.

In Menaechmis

Idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet.

Adscriptivi dicti quod olim adscribebantur inermes, armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset.

In Trinummo

osca ab Oscis Codex B. — *asca ab Oscis* Havn. — *oscam ab Oscis* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. item Vulg. sed *Osceis* scribens.
in Persa] I, 3, 9.
aderit] *adderit* Havn.
congerro meus] *congero meus* Edit. princ. vetust. Rhol. Ald. — *congero mens* Havn.
congerro] *congero* Ald.
et graecum est] *hic graecum est* Florent. Havn. — lege *id gr. est.*
in latina] om. Havn.
cratis] *gratis* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
in Menaechmis] *in meecmis* Codex B. — *in menechinis* Edit. princ. vetust. Rhol. — *in Menaechmeis* Vulgat. — Exstant I, 3, 2.
aliis] *alieis* Vulg. — *alius* Ald. Bas. Par. Gryph.
adscriptivis] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Vertr. Sciopp. — *adscriptiveis* Vulg. — *ascriptivis* Venet. I. II. Cod. B. — *ascriptivus* Ald. Bas. Paris. Gryph. — Plauti codex Victor. *ascripticiis.*
fieri in legionem] Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. — *fieri ad legionem* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
Adscriptivi] *ascriptivi* Cod. B. — item post *ascribebantur.*
armatis militibus qui succederent] Florent. Havn. Sciopp. — *qui succederent armatis militibus* reliqui. — *armateis* Vulg. — *in litibus* vitiose Gryph.
si quis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Sciopp. — *id est siquis* Par. Gryph. Vulg. Vertr.
deperisset] *deperiissent* Havn.
in Trinummo] *in trinumo* Ald. Bas. Par. Gryph. — II, 4, 54.

nam illum tibi

Ferentarium . . .

Ferentarium a ferendo, id est inane ac sine fructu; aut quod Ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma quae ferrentur, ut iaculum. Huiuscemodi equites pictos vidi in Esculapii aede vetere et Ferentarios adcriptos.

In Frivolaria

Ubi rorarii estis? en sunt . ubi sunt accensi? ecce.

Rorarii dicti ab rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit. Accensos ministra-

nam illum tibi] Victor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *nam illum ibi* Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *nam illum libi* Havn.
Ferentarium a ferendo] Codex B. — *Ferentarium* om. ceteri. — Varro sine dubio totum dederat versum; verba *esse amicum inventum intellego* vocabulo *Ferentarium* repetito exciderunt
inane ac] Flor. Codex B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *inanem ac* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nane ac* Havn.
ferentarii] *ferendarii* Edit. princ. vetust.
hi dicti] *hii dicti* Edit. princ. vetust. — *ii dicti* Havn.
ferrentur] *ferentur* Havn.
iaculum. Huiuscemodi] *iaculum et huiuscemodi.* Cod. B.
Esculapii] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *Aesculapii* Vulg. — *Esculapi* Codex B. — *Escolapii* Havn.
adscriptos] *ascriptos* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *adscriptum* Fulv. Ursinus apud Sciopp. in marg.
ubi rorarii estis] *ubi rorani estis* Flor. Edit. princ. vetust. — *ubi rorani est* Havn.
e
en sunt] *an sunt* Havn.
ubi sunt accensi] *ubi accensi* Vertr. Sciopp.
rorarii] *rorani* Florent. Havn. Edit. princ. vet.
ab rore] Florent. Havn. — *a rore* reliqui.
ante ideo quod] om. Havn.
pluit
quam pluit] *quam plusti* Havn.

tores CATO esse scribit; potest id ab arbitrio; nam inde ad arbitrium eius quoius minister.

PACUVIUS

Cum Deum triportenta . . . .

DESUNT QUAEDAM.

In Mercatore

Non tibi istuc magis dividiae 'st quam mihi hodie fuit.

id ab arbitrio] *id ab accio* Fulv. Ursinus ap. Sciopp. in margine, et ita iam Vertr. coniecit.

nam inde ad arbitrium eius] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg — *iam inde ad arbitrium eius* Codex B. *nam id est ad arbitrium eius* Vertran. ex Augustin. emendatione, quod et Turnebus coniecit. — *nam id arbitrium* Sciopp. — *eius, nam inde arbitrium* Scaliger.

quoius minister] Havn. — *cuius minister* ceteri.

Pacuvius. cum deum] Florent. Havn. — *Pacuvius quom deum* Sciopp. — *Pacuvius deum* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. — *Pacuvius* Cod. B.

triportenta. in mercatore] Florent. — *tripotenta in mercatore* Havn. — *triportenta in mercatore ponit* Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *in mercatore triportenta ponit* Cod. B. — *Pacuvius . . . ponit* uncis inclusit Vulg. Vertr. — his addidit Sciopp. *desunt quaedam;* hiatum esse post vocem *triportenta* primus dixit Scaliger, suspicatus iam Turnebus; itaque lacunae dedimus signa.

non tibi istuc] *non tibi in mercatore istuc* Florent. Havn. — *idem in mercatore non tibi istuc* Codex B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.; quod si verum, alium Plauti locum excidisse apparet. — Plautus Merc. III, 4, 34 ubi *Neque* legitur.

dividiae 'st] Augustin. in Emendat. — *dividia est* Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *dividiae est* Vertr. Sciopp.

Hoc eadem [est] in Corollaria NAEVIUS. Dividia ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris; itaque idem in Curculione ait

Sed quid tibi est? lien necat, renes dolent, 93
Pulmones distrahuntur.

PARUM DEEST.

In Pagone

Honos syncerasto perit, pernis, glandio.

hoc eadem est] Flor. Havn.; quae multa supra excidisse docent. — *haec eadem est* Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. — *haec eadem* Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *Est* aut delendum, aut *et* reponendum.

Corollaria] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Corolaria* reliqui.

Naevius] Florent. Havn. Codex B. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *Naevii* Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertran. Sciopp.

ab dividendo] Flor. — *a dividendo* reliqui.

distractio] *distracio* Edit. princ. — *distratio* Edit. vetust. — *divisio et distractio est dolori* Sciopp.

itaque idem in] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *itaque in* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.

tibi est] *tibi 'st* Vertr. Sciopp.

lien necat] Victorius. Vertr. Sciopp. ex Plauto II, 1, 21. — *liene negat* Flor. — *line negant* Havn. correctum in *liene.* — *lienes negant* Codex B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *lienes necant* Ald. Bas. Par. Gryph.

distrahuntur] *distrauntur* Edit. princ. vetust. — *distravuntur* Havn.

PARUM DEEST.] ita in Codice B; ceteri orationem continuant.

In pagone] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. — *in phagone* Pius, Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quidam Vet. Cod. Pagone, forte: glandio.* Sciopp in marg.

syncerasto] Havn. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *sincerasto* Flor. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. — *sinchaerasto* Codex B.

perit] Fort. *periit.*

pernis gladios] Florent. Havn. Rholand. Venet. I. II. Sciopp. — *pernis gladio* Ald. Basil. — *pernis glandio* Pius. Paris.

Syncerastum est omne edulium antiquo vocabulo Graeco.

(76) In Parasito pigro

Domum ire coepi tramite dextra via.

Trames a transverso dictus.

In Fugitivis

Age respecta, vide vivices quantas. Iam inspexi quid est.

Vivices [alii] excitatum verberibus corpus.

In Cistellaria

Gryph. — omittit haec verba Cod. B. Vulg. Vertr.; vix tamen illud *Parum deest* huc referendum.
syncerastum] Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *sincerastum* Flor. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *sinchaerastum* Cod. B. — *sincerastrum* Havn.
omne edulium] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *omne medullium* Flor. Cod. B. quidam Vet. Codex apud Sciopp. Edit. princ. vetust. — *omne medulium* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *omne medulum* Havn.
ire coepi] *recoepi* Havn.
dextra via] *dextera via* Gryph. — *dextro* Sciopp. — *tramited extra viam* Bothius ad Plaut. pag. 140.
fugitivis] *fugitiveis* Vulg.
age respecta] Turnebus, Sciopp. — *agerge specta* Flor. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *a grege specta* Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *age euge specta* Cod. B. Vulg. Vertr. — *age age specta* Scalig.
vivices quantas] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *vibices quantas* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
inspexi] *inspexit* Gryph.
quid esset] Florent. Havn. — *quid essent* Cod. B. Ed. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — *quid est* Scaliger. — *iam inspexi, quid essent* om. Sciopp.
vivices] Flor. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *vibices* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *vivifices* Turnebi vetus liber.
alii] *Aelius* Fulv. Ursinus apud Sciopp. — delendum censet Turneb. natum ex margine, ubi varia illa lectio *vivifices* fuit notata; inde supra natum videtur *quid esset*, scil. *quid est et.*
in Cistellaria] *in Cistelaria* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. —

Non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae?

Limax a limo, quod ibi vivit.

Diobolares, schoenicolae, miraculae.

Diobolares a binis obolis. Schoenicolae ab schoeno, nugatorio unguento. Miraculae a miris, id est mon-

in Nervolaria Augustin. ex libro in margine, item ad Festum pag. 488. Vertr. Sciopp. — *in Clitellaria* Scalig.
quasi nunc haec sunt] Flor. Havn. Sciopp. — *quasi ut haec sunt* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — Fort. *quasi nunc hae sunt.*
hic] *heic* Vulg.
ibi vivit] *ipsi vivit* Havn.
Diobolares] *diovolares* Flor. Rholand. Venet. I. II. — *viovolares* Edit. princ. vetust. — *diobolares scaeniculae miraculae* om. Havn.
schoenicolae] Turnebus. — *scenicolae* Flor. — *senicule* Edit. princ. vet. Rhol. — *scaeniculae* Ven. I. II. Ald. Bas. Vulg. — *schoeniculae* Par. Gryph. Vertr. Sciopp.
miraculae] *miracula* Ald. Bas. — *miracole* Rhol.
Diabolares] *diovolares* Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. — *vivolares* Edit. princ. vet.
a binis obolis] Victor. Codex B. Vertr. Sciopp. — *a bineis oboleis* Vulg. — *sabini sobolis* Flor. Havn. — *sabini soboles* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *a duobus obolis* Ald. Bas. Par. Gryph.
schoenicolae] Turneb. — *schenicolae* Flor. — *scenicule* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *scaeniculae* Ven. I. II. Ald. Bas. Vulg. — *schoeniculae* Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *scernicolae* Havn.
schoeno] Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *scheno* Flor. — *sceno* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *scaeno* Ven. I. II. Ald. Bas. Vulg. — *scerno* Havn.
nugatorio unguento] Victor. ad Varr. de Re Rust. II, 5, pag. 47. Steph. Vertr. Sciopp. — *nugatorio nungendo* Havn. — *nugatorio nungento* Florent. — *nugario unguento* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. — *nucario* Codex B. — *nugaria* Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *nucario unguento* Ant. Augustin. ad Fest. pag. 488.
miraculae] *miracula* Ald. Bas.
miris] *mireis* Vulg.; item *monstreis.* — *muris* Havn.

stris, a quo ACCIUS ait personas distortas oribus deformis *Miriones*.

Ibidem

Scraties, scruppidae, stritabillae, tantulae.

Ab excreando Scraties sic significat. Scruppidas AURE-

Accius] Florent. Ed. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Actius* Havn. Codex B. Rholand. Ven. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp.

distorta] *distorstas* Edit. princ.

oribus] *oribi* Edit. princ. vet. — *orbus* Codex B.

deformis] Flor. Codex B. Edit. princ. vet. — *deformes* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *deformeis* Vulg. Vertr. Sciopp.

miriones] Florent. Havn. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *mirones* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.

ibidem] *idem* Havn. solus, neque in ulla editione, quod Scaliger affirmat, *idem in ervolaria* exstat.

scraties] Flor. Havn. — *scratiae* Cod. B. — *scraciae* Turn. — *scratice* Edit. princ. vetust. — *scractiae* Rhol. Venet. I. II. — *scranctiae* Ald. Bas. Par. Gryph. — *scrantiae* Vulg. Vertr. Sciopp. — Editio princ. vetust. (1477) Gellii III, 3. *stratae* legunt. — *scrautum* quod metro contrarium, Salmas. ad Solinum pag. 371 A. cf. ad Festum pag. 490.

scruppidae] *ruppae ides* Flor. Havn. — *scrupidae* Edit. princ. vetust. Rhol. — *scupide* Ven. I. II. — *scrupedae* Codex B. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

stritabillae] Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Rittabillae* Flor. — *ritabile* Havn. — *rutabulae* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — Gellii Edit. princ. *strato ulvae.* — *strictabillae* Turneb.

tantulae] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Sciopp. — *Tantalae* Gryph. (vitio ut videtur operarum) Vulg. Vertr.

ab excreando] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ab exscreando* Sciopp. — *ab screando* Vulg. Vertr. — *ab exercendo* Havn.

scraties] Florent. Havn. — *scratiae* Cod. B. — *scractie* Edit. princ. vetust. — *scractiae* Rhol. Venet. I. II. — *scrantiae* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *scraciae* Turneb.

sic adsignificat] *sic a significata* Havn.

scruppidas] Flor. — *scrupidam* Havn. Edit. princ. vet. Rhol.

LIUS scribit [ut] scauripeda; IUVENTIUS comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; VALERIUS a pede ac scrupea. Ex eo ACCI positum curiosa; itaque est in Menalippa

Reicis abs te religionem, scrupeam imponas.

Venet. I. II. — *scrupedam* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *scrupeda* Cod. B.

Auscaripedam] Cod. B. Ed. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *auscauripedam* Turnebi vet. codex. Rholand. Venet. I. II. — *auscauripeda* Havn. — *tuscauripedu* Florent.; in quo latet: *ut scauripeda.* — *quasi scauripedam* ex nostro loco cit. Oisel. ad Gellium XVIII, 12, pag. 449. — *a scauro pede* Turneb. vult.

Iuventius] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Iventius* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

cum multis pedibus] Flor. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. Sciopp. — *cum multeis pedibus* Vulg. — *cumulatis pedibus* Codex B. Edit. princ. vetust.

ex eo Acci] Flor. Havn. — *ex eo ab Accio* Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ex eo ab Actio* Codex B. Rhol. Venet. I. II. Vulgat. Vertr. Sciopp.

curiosa] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *curiose* Cod. B. — *incuriosa* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *in curiosa.* Sciopp. — *q. V. C. positum pro curiosa: itaque est in Menalippo: Reicias.* Sciopp. in marg.; at haec mera est Scaligeri emendatio, quam in scriptis inveniri libris nemo mihi persuadebit. Post *Acci*, nam *ab Actio* aperte correctoris est, quaedam excidisse videntur verba.

itaque est in Menalippa] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *itaque est in Menalippe* Codex B. — *itaque es Menalippe* Vulg. Vertr. — *es Menalippe* Sciopp.

Reicis] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. — *rejicies* Havn. — *reiicias* Scalig. Sciopp. — *reiicis* ceteri.

scrupeam imponas] Flor. Havn. Vulg. Vertr. — *scrupeam impones* Cod. B. — *scrupea imponas* Ed. princ. vetust. Rhol. — *scrupeae imponas* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *scrupeam pone* Turneb.

stritabillae a stritilando; stritare ab eo qui sistit aegre.

In Astraba

Axitiose annonam caram e vili concinnant viris.

Ideo in Sitelitergo idem ait

Mulieres uxorculavit, ego novi, scio axitiosam.

Sic CLAUDIUS scribit

stritabillas] Vulg. Vertran. Sciopp. — *strittabillas* Havn. — *scrittabillas* Flor. Edit. princ. vetust. — *scritabillas* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *scribitillas* Codex B. — *strictabillas* Turneb.

stritilando] Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *strettillando* Flor. — *attrettando* Havn. — *scrittilando* Codex B. Edit. princ. vet. — *scritilando* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *strictilando* Turneb.

stritare] Havn. Rhol. Ven. I. II. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *strittare* Flor. — *scrittare* Cod. B. — *scritare* Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph.

in Astraba] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. cum Cod. B. — *in Astriba* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. — *in ascriba* Edit. princ. vet.

axitiose] *ac sitiose* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *axitiosae* Ald. Bas. Par. Gryph. Turn. — *actiose* Cod. B. — *actiosa* Vulg. Vertran. Sciopp.

caram] Flor. Havn. Edit. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — om. Codex B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr.

concinnant] Flor. Havn. — *concinat* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph., Sciopp. — *concinna* Cod. B. Vulg. Vertr.

viris] *vireis* Vulg.

Sitelitergo] Havn. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *siteli tergo* Ald. Bas. Par. Gryph. — *sitellitergo* Codex B. Ed. princ. vet. — *sitelli tergo* Flor. — *Scytheliturgo* Scalig. — *Synteleturgo* Popma.

mulieres uxorculavit] omnes libri. — *mulier es, uxor, cuiam te* Turneb. — *mulier es, uxor. Cuia, vir?* Scalig.; de primis tribus verbis dubium esse nequit.

axitiosam] Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ac sitio aquam* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *actiosas, quas* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *axiosa es* Scalig. — *ego novitio axiosam* Bentinus coniecit.

Claudius] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. — *Clavilius* Rholand. Ven. I. II. — *Caevilius* Ald. Bas. —

Axitiosas demonstrari consupplicatrices.

Ab agendo Axitiosas; ut ab una faciundo Factiosae, sic ab una agendo Actiosae dictae.

In Cesistione

De stribula, ut de lumbo obcaenabis cera

Carbilius Par. Gryph. Sciopp. item in margine Vertran. — *quasi Claudius* Turneb. in Cod. invenit.

axitiosas] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *actitiosas* Edit. princ. vetust. — *actiosas* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

consupplicatrices] Flor. Cod. B. q. V. C. ap. Sciopp. — Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *suspicatrices* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *demonstrari . . . axitiosas* om. Havn.

ab agendo axitiosas] Flor. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ab agendo actitiosas* Edit. princ. vetust. — *ab agendo actiosas* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

faciundo] Havn. — *favendo* Edit. princ. vetust. — *faciendo* ceteri.

actiosae dictae] ita omnes hoc loco; nullus *axitiosae.*

in Cesistione] Flor. Havn. — *in Cestione* Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *in gestione* Ald. Bas. Par. Gryph.

de stribula] Turneb. Sciopp. — *distribula* Flor. Havn. — *cerastribula* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *cerastibula* Edit. princ. vetust. — *cerastibola* Cod. B. Vulg. Vertr. — *caro strebula* Nicol. Loensis Misc. IV, 5.

ut] *aut* Sciopp. Popma et Dacier ad Fest. pag. 529. — Cod. B. legit *et.*

de lumbo] *delumbos* Turneb.

obcaenabis] Vulg. Vertran. — *obcenabis* Cod. B. Edit. princ. vet. — *obscenabis* Havn. — *obscoenabis* Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *coenabis* Turneb. Sciopp.

cerastribula] Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cerastibula* Edit. princ. vet. — *cerastibola* Cod. B. Vulgat. Vertran. — *caro stribula* Sciopp. — *Chaerea . stribula* felicissime Turneb.

Stribula, ut OPILIUS scribit, circum coxendices sunt bovis; id Graecum est ab eius loci versura.

In Nervolaria

Scobinam ego illum actutum adrasi enim.

94 Scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est.

In Poenulo

Vinceretis cervum cursu vel gralatorem gradu.

Gralator a gradu magno dictus.

In Truculento

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica

ut Opilius] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Sciopp. — *ut* om. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

coxendices] *coxa indices* Florent. Havn. — *coxas indices* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

sunt bovis] Sciopp. — *sunt vobis* Flor. — *sunt nobis* reliqui.

ab eius loci] Flor. Havn. — *ab huius loci* reliqui omnes.

in Nervolaria] *intervolaria* Florent. — *in ervolaria* Cod. B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

scobinam] *scobina* Sciopp.

ego] *ago* Edit. princ. vet.

illum] Florent. Turnebi Cod. — *illam* Codex B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. — *lima* Turneb. — *limam* Sciopp.

adrasi enim] Flor. Havn. — *abrasi* Turneb. Sciopp. — *adrasi* ceteri.

in Poenulo] *inpenulo* Edit. princ. vet. — *in penulo* Florent. Rhol. Ven. I. II. — III, 1, 27.

cervum cursu] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *circum curso* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Venet. I. II. — *circumcurso* Rhol. — *circumcursu* Cod. B.

gralatorem] Flor. Havn. Cod. B. Rhol. Ven. I. II. — *gralato rem* Edit. princ. vet. — *grallatorem* reliqui.

gradu] *gradum* Harn. Edit. princ. vet. — Rhol. Ven. I. II.

gralator] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *grallator* reliqui.

in Truculento] II, 6, 14. — *in terucillento* Havn.

mihi habeam] *nisi habeam* Cod. B. Edit. princ. vet.

pro praefica . praefica dicta] ita nos dedimus. — *praefica dicta* Florent. — *pro praefica dicta* Havn. — *praeficam aut pro praeficam . praefica* Codex B. — *pro praedicta* Edit.

Praefica dicta, ut AURELIUS scribit, mulier ab luctu, quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret. Hoc factitatum ARISTOTELES scribit in libro qui inscribitur νόμιμα βαρβαρικά, quibus testimonium est, quod fretum est NAEVII

Haec quidem, hercle, opinor, praefica est; nam mortuum collaudat.

CLAUDIUS scribit: quae praeficeretur ancillis quemad-

princ. vet. — *pro praefica* Rhol. Ven. I. II. — *pro praefica. Praefica* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

ab luctu] Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ab luco* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. — *V. C. luco. al. lucro. al. adluctum.* Sciopp. in marg. — *ab aliquo* aut *ad luctum* Turneb.

laudeis eius] Flor. — *laudes eius* reliqui. — supra pro *quae ante* in Edit. princ. vetust. *qua ante.*

qui inscribitur] Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *qui scribitur* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II Ald. Bas. Par. Gryph.

νόμιμα βαρβαρικά] Turnebus. Gerh. Vossius de Histor. graec. IV, 10, pag. 465. — *nomina barbara* Havn. — *nomina barbarica* ceteri.

quod fretum est Naevii] Flor. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. — *quod Fretum Naevii* Vertr. Sciopp. — *quod fertum est. Naevius* Cod. B. — *quod fretum est Nevius* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.

haec quidem] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *hoc quidem* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

praefica] *pro praefica* Cod. B. Edit. princ. vet.

mortuum] Florent. Havn. — *mortuos* reliqui.

collaudat] *conlaudat* Vulg. Vertr. Sciopp.

Claudius] *Cladius* Edit. princ. vet.

quae praeficeretur] Florent. Havn. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Sciopp. — *dicta quae praeficeretur* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. — *ea quae praeficeretur* Augustin. ex libro in marg.; Vertr.

praeficeretur] *proficisceretur* Havn.

ancillis] *ancilleis* Vulg.

(77) modum lamentarentur, praefica est dicta. Utrumque ostendit a praefectione Praeficam dictam.

Apud ENNIUM

decem Coclites quasi montibus summis
Ripeis sedere.

ab oculo Cocles ut ocles dictus qui unum haberet oculum; quocirca in Curculione est

De Coclitum prosapia te esse arbitror.
Nam hi sunt unoculi.

Utrumque] 11 *utrumque* Codex B; numeri signum est pro *utrumque*.

a praefectione] Flor. Havn. Cod. B. Vertr. Sciopp. Augustin. in marg. — *a praefactione* Rhol. Venet. I. II. — *a praefatione* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *praefectionem* Ed. princ. vet.

quasi montibus] Victor. — *quas montibus* Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *quos montibus* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ques montibus* Columna pag. 137 cum Scalig.

summis] *summeis* Vulg.

ripeis] Flor. Havn. Vulg.; hoc est *ripaeis*. vide Columnam. — *ripis* reliqui.

sedere] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *federe* Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. — *foedere* Havn. Rhol. Venet. I. II. — *q. V. C. scimus Riphaeis fodere . al. summis ripeis fodere* Sciopp. in marg.; prior est Turnebi, altera Scaligeri emendatio.

ut ocles] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ut cocles* Havn. — *quasi ocles* Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.

Curculione] III, 1, 23.

de coclitum] *decoclitum* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.

prosapia] *praefica* Havn.

te esse] Vulg. Vertr. Sciopp. ex Plauti libris. — *te* om. Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

nam hi sunt] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *nam hiei sunt* Codex B. — *nam ii sunt* Havn. — *nam sunt* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

4. Nunc de temporibus dicam. Quod est apud CASSIUM

Nocte intempesta nostram devenit domum.

nox intempesta dicta ab tempestate; Tempestas ab tempore; nox intempesta quo tempore nihil agitur.

Quid noctis videtur in altisono
Caeli clupeo? Temo superat
Stellas sublime cogens etiam
Atque etiam noctis iter.

hic multam noctem ostendere volt a temonis motu; sed

Cap. IV.

apud Cassium] libri omnes. — *q. V. C: apud C. Actium* Sciopp. in marg.; ita correxit Turneb.

devenit domum] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *devenit ad domum* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

nox intempesta] Flor. — *intempesta nox* reliqui.

ab tempestate] *a tempestate* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

ab tempore] *a tempore* Havn.

nox intempesta] Flor. — *nocte intempesta* Havn. — *intempesta nox* reliqui.

nihil agitur] Flor. Havn. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. *nil agitur* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp.

quid noctis] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertran. — *quid nox* Venet. I. II. Ald. Bas. — *quum nox* Par. Gryph. — *quod noctis* Sciopp.

in altisono] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *in altissimo* Havn. Cod. B. Vulg. Vertr.

clupeo] nos cum Scalig. et Columna. — *clipeo* Ed. princ. vet. Rhol. — *clypeo* ceteri.

sublime cogens] omnes libri. — *sublimis agens* Turnebus. — *sublime agens* Sciopp. — *cogens sublime* Scalig. — cf. Columna pag. 212. Vossius pag. 339.

iter] omnes. — *itiner* Scalig.; conf. ad Fest. pag. 498.

multam] *mulctam* Rhol. Venet. I. II. — *inulctam* Edit. princ. vetust.

volt] Flor. — *vult* reliqui.

a temonis] *temonis* Havn.

Temo unde et cur dicatur, latet. Arbitror antiquos rusticos primum notasse quaedam in caelo signa quae praeter alia erant insignia, atque ad aliquem usum, culturae tempus designandum convenire animadvertebantur. Eius signa sunt, quod has septem stellas Graeci ut Homerus vocant ἅμαξαν, et propinquum eius signum, βοώτην; nostri eas septem stellas, boves et temonem et prope eas axem; Triones enim et boves ap-

quae . . . insignia] om. Havn.
aliquem usum] om. Sciopp. — Si quid delendum, potius *culturae tempus* expellenda.
culturae] *culcture* Edit. princ. vet.
tempus] *ad tempus* Turneb.
animadvertebantur] Flor. Havn. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *advertebantur* Codex B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. Sciopp.
Eius signa] Flor. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *equi signa* Edit. princ. vetust. — *e quis signa* Cod. B. Vertr. item sed *queis* Vulg.
quod has] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quod* om. Cod. B. Edit. princ. vet.
vocant] Codex B. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *vocat* Flor. Ed. princ. vet. Vulg. Vertr.
ἅμαξαν] lacuna in Edit. princ. vetust. — ἅμαξαν Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.
et propinquum] *et propinqua* Flor.
eius signum] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *equi signum* Edit. princ. vetust. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *aequi signum* Rhol.
βοώτην] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — βοοτεν Havn. — *booten* Flor. Edit. princ. vet. — *bootem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
nostri eas] *nostris eas* Havn.
septem stellas] *VII stellas* Cod. B.
boves et] om. Sciopp. — *bovem et* Havn.
et temonem] Florent. Havn. — *et temones* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *et triones* Codex B. Vulg. Vertr. — *triones* Sciopp.
et prope] Fort. *prope.*
et boves appellantur] *et boves, et boves appellant* Cod. B. — *et* om. Sciopp.

pellantur a bubulcis etiam nunc maxume quom arant terram; e quis ut dicti valentes Glebarii qui facile proscindunt glebas, sic omnis qui terram arabant, a terra Terriones, unde Triones, ut dicerentur de tritu. Temo dictus a tenendo; is enim continet iugum. Et plaustrum appellatum, a parte totum ut multa. Possunt triones dicti septem, quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant.

Aliquod lumen iubarne in caelo cerno?

bubulcis] *bubulceis* Vulg.
maxume quom] Havn. — *maxime cum* ceteri.
e quis] *e queis* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *aequis* Rhol.
ut dicti] *dicti* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ut docti* Havn.
proscindunt] *procindunt* Edit. princ. vet. — *procidunt* Rhol. Ven. I. II.
sic omnis] Flor. Ed. princ. vet. — *sic omnes* reliqui.
a terra terriones] Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a terra teriones* Vulg. Vertr. — *a tera teriones* Sciopp.
dicerentur de tritu] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *dicerentur detritum* Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *dicerentur a detritu* Cod. Vulgat. — *dicerentur E detrito* Augustin. in marg. ex libro, Vertr. Sciopp. — *dicerent er detritum* Turnebus; illud *detritum* ex Veneta in seqq. edd. propagatum merum operarum est mendum.
a parte totum] *a parte totius* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *plaustrum appellatum a* Havn. om.
possunt] *possim* ⊖ Flor. — *posunt* Edit. princ.
triones dicti] Havn. — *triones dici* ceteri.
ut ternae trigona] *ut terna trigona* Vulg. Vertr.
Aliquod lumen] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Ennius. Lumen* Par. — *Enni. lumen* Gryph. — *Quod lumen* ex V. E. profert Columna ad Enn. pag. 221. — *Aiax quod lumen* Popma ex VI, 2. — Fort. *Apud Ennium quod est.*
iubarne] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *iubarve* Vulg. Vertr. Sciopp.

Iubar dicitur stella lucifer quae in summo, quod habet lumen diffusum, ut leo in capite iubam. Huius ortus significat circiter esse extremam noctem. Itaque ait PACUVIUS

exorto iubare, noctis decurso itinere.

Apud PLAUTUM in Parasito Pigro

inde hic denepotus primo crepusculo.

Crepusculum dictum ab Sabinis et id dubium tempus noctis an diei sit. Itaque in Condalio est

quae in summo, quod habet] Florent. Havn. — *quae in summo habet* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *quod sic habet* Sciopp. — Fort. *in summo quod habet.*

lumen diffusum] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. — *diffusum lumen* reliqui.

capite iubam] *capite iuba* Havn.

circiter esse] *omne circiter* Havn.

ait Pacuvius[Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut Pacu.* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

decurso] *de curso* Ed. princ. vet.

Parasito pigro] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *parasito Migro* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. — *parasito pigra* Havn.

inde hic denepotus] Rhol. — *inde hinc denepotus* Ven. I. II. — *inde hic dene potus* Flor. Codex B. Edit. princ. vet. — *inde hic de nepotus* Havn. — *hinc inde bene potus* Pius. Ald. Bas. Par. Gryph. — *inde hic bene potus* Vulg. Vertr. Sciopp. — *inde bene appotus primulo* Scalig.

crepusculum dictum] *crepusculum pictum* Gryph. — *crepusculum* Havn.

ab Sabinis] Florent. Havn. — *a Sabineis* Vulg. — *a Sabinis* reliqui.

noctis an] *ac* Havn.

in Condalio] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp. — *in cordalio* Ald. Bas. Paris. Gryph.

Tam crepusculo fere ut amant, lampades accendite.

Ideo dubiae res Creperae dictae. (78)

In Trinummo

Concubium sit noctis priusquam postremum perveneris.

Concubium a concubitu dormiendi causa dictum.

In Asinaria

Videbitur, factum volo; i, redito conticinio.

tam crepusculo] *tua crepusculo* Turnebi vetus Codex.

ut amant] Flor. Havn. — *ut ament* reliqui.

lampades] Flor. Havn. — *lampadas* reliqui.

accendite] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *accendere* Vulgat. Vertran. Sciopp.

dubiae res] *ubi hae res* Havn.

in Trinummo] *in Trinumo* Ald. Basil. Paris. Gryph. — IV, 2, 44.

prius quam postremum] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *priusquam ad postremum* ex Plauti libris Vulgat. Vertr. Sciopp. — *concubium sit . . . perveneris* om. Havn.

causa] *caussa* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Asinaria] III, 3, 94.

videbitur] *videbit* Havn.

volo] *vol o* Havn. pr. m.; *vollo* m. sec.

i, redito] Augustin. marg. ex libro. — *id redditum* Havn. — *ad reditu* Flor. — *ad reditum* Codex B. Edit. princ. vet.; in quo latet *at redi tum.* — *at reditum* Sciopp. — *at redito* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Gryph. Vulg. — *ac redito* Par. — *redito huc* ex Plauti libris. Vertr.

conticinio] *conticinium* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. — In Cod. Flor. sic cum his duobus punctis: *conticinno* : *putem a conticiscendo.* idem illis omissis Havn. illa puncta desiderari quid docent; scilicet: *conticinio* quod ex Plauti exemplo repetendum; libri ceteri *conticinium puto* etc.

[Conticinio;] putem a conticiscendo conticinium, sive ut OPILIUS scribit, ab eo quom conticuerunt homines.

5. Nunc de his rebus, quae adsignificant aliquod tempus quom dicuntur aut fiunt, dicam.

Apud ACCIUM

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.

Reciproca est quom unde quid profectum, redit eo; ab recipere Reciprocare fictum; aut quod poscere Procare dictum.

contiscendo conticinium] Havn. — *contiscendo conticinnā* Flor. — *conticescendo dictum* Vulg. Vertran. Sciopp. — *conticiscendo dictum* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

ab eo cum] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *ab eo quom* Havn. — *ab eo quod* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.

conticuerunt] *conticuere* Havn.

C a p. V.

de his] *de heis* Vulg. — *de hieis* Cod. B. — Sciopp. hic inculcavit quae sequente leguntur pagina: *Apud Actium: Iamque Aurora . . . . Rutilae dictae;* tum sequitur: *Nunc de his rebus* etc.

aliquod] *aliquid* Havn.

quom dicuntur] Havn. — *cum dicuntur* ceteri.

aut fiunt] *aut fiant* Cod. B. Havn.

apud Accium] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. — *apud Actium* Codex B. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp.

quom unde] Havn. — *cum unde* ceteri.

unde quid] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertran. Sciopp. — *unde quod* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

ab recipere] Flor. Sciopp. — *ab reciprocare* Havn. — *quod ab recipere* Cod. B. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — *quod ab accipere* Edit. princ. vet.

fictum] *factum* Havn.

procare] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *prorogare* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *progare* Havn.

Apud PLAUTUM

Ut transversus, non proversus cedit quasi cancer 96
solet.

dicitur ab eo, quod in id quod est versus, et ideo qui exit in vestibulum quod est ante domum, Prodire et Procedere; quod cum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit *ut transversus cedit quasi cancer, non proversus ut homo.*

apud Plautum] IV, 1, 45 Pseudolo.

ut transversus] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *aut transversum* Flor. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *ut transversum* Havn. Par. Gryph. — *aut occidens versus* Codex B. — *aut occidens versum* Edit. princ. vet. — Plautus ex Varrone restituendus, apud quem vulgo legitur:

Non prorsus, verum ex transverso, cedit quasi cancer
solet.

Codex Plauti Victorianus legit: *proversus;* propius accedit lectio, quae exstat in Veneta Plauti 1511.

Non proversus, verum transversus cedit quasi cancer solet.

Ipsa igitur Plauti verba in Varronis memoria penitus inse- derunt; fortasse poetae depravata verba ex Aldina corruptione in ceteras fluxerunt. cf. Gronov. ad Gellium IX, 4, pag. 537.

cedit] *coedit* Havn.

dicitur ab eo] Flor. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *dicit ab eo* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — Fort. *Proversus dicitur ab eo.*

quod in id] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui in id* Cod. B. Vulg. — *qui it in id* Vertr. Sciopp. — puto *quod init.*

quod est versus] *quod est in versu* Sciopp.

procedere] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *procedere dicitur* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

leno] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *lenio* Flor. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *laemo* Cod. B. — *lemo* Havn.

dixit] *dit* Cod. B.

quasi cancer] *qui cancer* Havn.

Apud ENNIUM

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit.

item

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.

imitari dum voluit EURIPIDEM et ponere ἔτυμον, est lapsus. Nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait, ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται: hoc Ennii quis potest intellegere inversum significare

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit.

aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum ἀλεξίκακον ab eo quod defensor esset hominum.

Apud ACCIUM

Iamque auroram rutilare procul cerno.

Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aer aurescit. Quod addit Rutilare, est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres valde rufae Rutilae dictae.

Andromachae] *Andromache* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

recte indidit] Victor. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *recte ei indidit* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

quapropter] *qua propter* Ed. princ. vet. Rhol.

Parim] *paris* Edit. princ. vet.

Alexandrum] *Alexandron* Cod. B.

vocant] *vocat* Ven. I. II. — Arbitror, Victorius adnotat, vocem *pastores* vacare et deleri debere, ut sit senarius
Quapropter Parim nunc Alexandrum vocant.
Ipse senarium fuisse puto hoc modo:
qua propter Parim
Pastores ante, nunc Alexandrum vocant.
Locum mire corrumpit Columna pag. 233.

dum voluit] *dum volunt* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

Euripidem, *Euripedem* Gryph.

ἔτυμον] ἔτυμαν Havn. — *ethimon* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *etymon* ceteri.

quod graeca] om. Havn.

ἔτυμα] Havn. — *ethima* Edit. princ. vet. Rhol. — *ethyma* Ven. I. II. — *etyma* ceteri.

nomen additum] *nomen inditum* Victor. corrigit.

Andromachae] *Andromache* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

ἀνδρὶ μάχεται] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Andrimachete* Flor. — *Andromachete* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — ἀνδρομαχήτη Cod. B. — *Andromache* Havn.

intellegere] Flor. Sciopp. — *intelligere* reliqui.

inversum] Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *versum* Havn. — *in versu* Turneb. Vulg. Vertr. — *inversum significare* om. Sciopp.

Andromachae] *Andromache* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

indidit] om. Havn.

ab eo appellatum] *ab appellatum* Cod. B.

cognominatum] *cognomentum* Havn.

ἀλεξίκακον] Victor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *alexicacon* Flor. Havn. Codex B. Ald. Bas. Par. Gryph. — *alexicaton* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.

apud Accium] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. — *apud Actium* Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp.

ab igni solis] Flor. Havn. — *ab igne solis* reliqui.

tum aureo] *aureo tum* Sciopp. — *tum auro* Codex B. Edit. princ. vet.

aurescit] *aurescat* Havn.

rutili] *rutuli* Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil.

et inde etiam] *et inde enim* Florent. Havn. — Fort. *et inde Ennio.*

rufae] *ruffae* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

Apud TERENTIUM

Scortatur, potat, olet unguenta de meo.

Scortari est saepius meretriculam ducere quae dicta a pelle; id enim non solum antiqui qui dicebant Scortum, sed etiam nunc dicimus scortea ea, quae ex corio ac
(79) pellibus sunt facta; inde in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus:

NE QUID SCORTEUM ADHIBEATUR IDEO NE MORTICINUM QUID ADSIT.

In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto Pelliculam.

Terentium] Adelph. I, 2, 37.
Scortatur] Terentii libri *obsonat;* memoriola vacillasse Varronem censet Bentleius. cf. Politian. Misc. cap. 63. — recte *scortatur* defendit Floridus Lection. subs. I, 5.
olet unguenta de meo] Flor. Havn. et Terentii libri. — *olet unguentum de meo* omnes reliqui Varronis libri.
quae dicta] *quae scortum dicta* Sciopp. ex Fulvii Urs. emendatione, qui tacite ita affert ad Fest. fragg. pag. 64.
antiqui, qui dicebant] Flor. — *antiqui dicebant* reliqui omnes.
dicimus scortea] *dicimus scorta* Edit. princ. vetust.
e corio ac pellibus] Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *a corio ac pedibus* Havn. — *fecorio ac pellibus* Edit. princ. vetust. — *ex corio et pellibus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ex corio ac pellibus* Flor.
inde in aliquot] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *inde aliquid* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *in aliquid* Flor. — *in aliquot* Cod. Havn.
sacris ac sacellis] *sacreis ac sacelleis* Vulg.
ne quid scorteum] Flor. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *ne quod scorteum* Rhol. Ven. I. II. Sciopp. — *neque scorteum* Cod. B. Edit. princ. vet.
ideo] om. Ald. Bas. Par. Gryph.
morticinum] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *morticinium* Vulg. et Havn. ut videtur.
Atellanis] *Atellaneis* Vulg.
dicere] om. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
se adduxisse] *secum adduxisse* Cod. B.
pro scorto] *pro scorteo* Cod. B. Augustin. et Vertr. in marg.

Apud ACCIUM 97

Multis nomen vestrum numenque ciendo.

Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu; omnia sunt eius cuius imperium maxumum esse videatur; itaque in Iove hoc et HOMERUS et aliquotiens LIVIUS.

Apud PLAUTUM

Si unum epityrum estur insane bene.

apud Accium] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *apud Actium* Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Vulgat. Vertr. Sciopp.
multis] *multeis* Vulg.
nomen] *omen* Vertran. — *numen* Havn.
numenque] *numeri* θ Flor.
ciendo] *ciendum* pr. m. Havn.
dictum ab nutu] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *dictum* om. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
omnia] Havn. Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. — oīa Rhol. Venet. I II. — *omina* Ed. princ. vetust. Sciopp. Augustin. marg. Vertr. Sciopp. et fort. Flor.
sunt eius, cuius imperium] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *sunt eius . imperium* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *sunt eius ut imperium* Cod. B.
maxumum] Havn. — *maximum* ceteri.
Homerus et aliquoties Livius] Ald. Bas. Par. Gryph. item sed *aliquotiens* Vulg. Vertr. Sciopp. — *Homerus et alius aliquotiens* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Homerus* . . . . sic in Cod. B.
Plautum] Miles Glor. I, 1, 24.
si unum] *sinnum* Edit. princ. vet. — om. Codex B.
epityrum] ex Plauti libris Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *epytira* Florent. — *epityra* Cod. B. — *epitira* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
estur] Cod. B. Edit. princ. vet. Sciopp. — *estuer* Flor. Rhol. — *aestuer* Havn. — *est ver* Ven. I. II. — *edam* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.
insane bene] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *sane bene* Venet. I. II. — *apud illum esuriens insane bene* ex Plauti libris Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. —

Epityrum vocabulum est cibi quo frequentius Sicilia quam Italia usa. Id vehementer quom vellet dicere, dicit Insane, quod insani faciunt omnia vehementer.

Apud PACUVIUM

Flexanima tanquam lymphata [*et Bacchi sacris*
Commota].

Lymphata dicta a lympha; Lympha a nympha, ut quod apud Graecos Θέτις; apud ENNIUM

Thetis illi mater.

esuriens insane bene Sciopp. et in margine: *q. V. C. insane edam;* ita correxit Turneb. — Fort.:
Si unum epityrum estur, est vero insane bene.

epityrum] *epytirum* Flor. Vertr. — *epitirum* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

id vehementer] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *idem vehementer* Vulg. Vertr. Sciopp.

quom vellet] Havn. — *cum vellet* ceteri.

dicit insane] *dixit insane* Havn.

faciunt omnia] *omnia faciunt* Havn.

flexanima tanquam] Vulg. Vertr. Sciopp. — *flexanimat aquam* Flor. Havn. Codex B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

lymphata] Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *limphata* Flor. — *limphatam* aut *lymphatam* reliqui. — *et Bacchi sacris Commota* ex Cicerone cum Turnebo et Scalig. supplevimus.

lymphata dicta a lympha] ita nos repetito *lymphata* ex superiori, quae causa cur illa exciderint. — *dicta a limpha* Florent. — *dicta a lympha* Havn. — *dicta a Nympha* Sciopp. — *dicit a limpha* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II., item sed *lympha* Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicitur a lympha* Vulg Vertr.

Lympha a Nympha] quod supra factum, et hic accidit. Veri vestigium expressit Flor. qui legit: *a Nimpha;* et Havn. *a Nympha;* ceteri nude *Nimpha* aut *Nympha.*

ut, quod apud] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. — *ut apud* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

Graecos Θέτις] Havn. — *graecos Thetis* ceteri. — Hic plura graeca exciderunt verba.

Thetis illi mater] Flor. Havn. Sciopp. — *ea Thetis illi ma-*

In Graecia commota ~~commota~~ quos λυμφολήπτους appellant, ab eo Lymphatos dixerunt nostri. Bacchi: est Liber quoius Comites Bacchae et vinum in Hispania Baccha. Origo in his omnibus Graeca, ut quod apud PACUVIUM

Halcyonis ritu litus pervolgans furor.

ter Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. — *ea Thetis illi mater* Turneb. Columna pag. 219. Vossius pag. 341. Si quid mutandum, fort. *erat Thetis.*

Graecia] *gretia* Edit. princ. vetust.

quos] om. Sciopp.

λυμφολήπτους] Victor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *lympholemptos* Flor. — *lympholentus* Havn. — λυμφολέντους Cod. B. — *lympholentos* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — νυμφολήπτους Ald. Bas. Par. Gryph.

Bacchi: est Liber] nos. — *Bacchi et Liber* Florent. Havn. — *Bacchi est Libri* Turneb. — *Bachus liber* Edit. princ. vet. — *Bacchus Liber* Codex B. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — Pacuvii versus verba supra exciderunt.

cuius comites] Flor. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et eius comites* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quoius comites* Havn.

Bacchae] *Bache* Edit. princ. vet. — *Bacche* Rhol. Ven. I. II. — *a Bacchae* Havn.; item addito ϑ Flor.

Baccha] *bacca* Flor. — *baca* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.

in his] *in hiis* Ven. I. II. — *in heis* Vulg.

ut quod apud Pacuvium] Flor. Havn. — *ut apud Pacuvium* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *apud Pacuvium* Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

halcyonis] *alcyonis* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

litus] *littus* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

pervolgans] *pervolans* Hadr. Iunius Animadv. VI, 12. Vertran. Sciopp. Augustin. in marg. ex coniect.

furor] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *feror* Victor. Turneb. Vertr. Sciopp. August. in marg. ex coniectura.

haec enim avis nunc Graece dicitur ἀλκυών, a nostris Halcedo; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies Halcyonios appellant. Quod est in versu *Halcyonis ritu*, id est eius instituto, ut quom aruspex praecipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XII viros Graeco ritu sacra, non Romano facere. Quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo ACCIUS

recte perfectis sacris
Volt accipi.

ἀλκυών] *alcyon* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
ἀλκυών a nostris] *αλκύον nostri* Havn.
nostris] *nostreis* Vulg.
halcedo] *alcedo* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rbol. Venet. I. II.
dies halcyonios] *dies alcyonios* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *dies alcyona* Flor. — *dies altiona* Havn.
est in versu] om. Sciopp.
halcyonis ritu] *alcionis ritu* Flor. — *altionis ritu* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
instituto] *institutus* Havn.
ut quom] Havn. — *ut cum* ceteri.
haruspex] *aruspex* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
praecipit] *praecepit* Havn.
ut suo] *in suo* Ald. Bas. Paris. Gryph.
XII viros] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *duodecim viros* Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quindecim viros* Augustin. ex libro in margine; *decem viros* Turneb. citat ad Cic. de legg. pag. 632.
ac rectum est] *et rectum est* Havn. — *ac rectum* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
Accius] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Ald. Basil. Par. Gryph. — *Actius* Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Vulgat. Vertr. Sciopp.
recte perfectis] *rite perfectis* Augustinus in marg. ex libro et ita Vertr. Sciopp.
perfectis sacris] *profectus sacris* Edit. princ. vet. — *perfecteis sacreis* Vulg.
volt accipi] Flor. Havn. — *vult accipi* reliqui. — *recte vult accipi* Turneb. coniecit.

Apud ENNIUM

Si voles advortere animum, comiter monstrabitur.

Comiter: hilare ac lubenter, quoius origo Graeca κῶμος; inde Comisatio Latine dicta et in Graecia, ut quidam scribunt κωμῳδία.

Apud ATILIUM

Cape, caede, lide, come, conde.

apud Ennium] om. Havn.
Si voles] om. Cod. B.
advertere] Flor. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *advertere* Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
monstrabitur] *monstrabit* Cod. B.
ac lubenter] *ac libenter* Havn.
quoius] Havn. — *cuius* ceteri.
graeca] Flor. Havn. Codex B. — *graece* reliqui.
κῶμος] *comos* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *κομος* Havn.
inde comisatio latine] Flor. Havn. — *inde comis actio latine* Edit. princ. vetust. — *inde comessatio latine* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *inde latina comissatio* Codex B. Vulgat. — *inde latine comissatio* Vertr. Sciopp. — *comassatio* Lambin. ad Horat. Carm. IV, 1, 11, pag. 213 A.
et in Graecia] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a Graecia* Cod. B. — *et a Graeceis* Vulg.; item, sed *Graecis* Vertr. Sciopp.
scribunt] Flor. — *dicunt* reliqui.
κωμῳδία] ita nos ex Flor. vestigio, qui *comodiam* habet. — *comediam* Edit. princ. vetust. — *comoediam* Havn. Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *comoedia* Vulg. Vertran. Sciopp.
Atilium] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Vulgat. Vertr. — *Attilium* Gryph. — *Acilium* Codex. — *Aticilium* ex dittographia Edit. princ. vetust. — *Caecilium* Sciopp.
cape] *cepe* Havn.
caede] Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *cede* Florent. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.
lide] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Lyde* Vulg. Vertran. Sciopp. — *lude* Scalig. — Fort. *elide*.
conde] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *crede*

98 Cape unde Accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.

Apud PACUVIUM

nulla res neque
Cicurare, neque mederi potis est, neque
Reficere.

Cicurare mansuefacere; quod enim a fero discretum, id dicitur Cicur, et ideo dictum *Cicur ingenium obtineo* mansuetum; a quo Veturii quoque nobiles cognominati
(80) Cicurii. Innatum a cicco Cicur videtur. Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen; a quo etiam PLAUTUS [dicit]

Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tunde* Turneb.
retractandum] *tractandum* Edit. princ. vet.
mederi] *medere* Havn. — *mederier* Scalig. (quem sequitur Dacierus ad Fest. s. v. *incicorem*) Versus fort. ex creticorum genere, verba non omnia integra.
fero] *ferro* Havn.
cicur, et ideo] *cicuret ideo* Havn.
obtineo] om. Sciopp.
Veturii] *Vetusii* Cod. B
Cicuri] Flor. Havn. q. V. C. apud Sciopp. in marg. — *Cicurii* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Cicurini* Vulgat. Vertran. Sciopp.
innatum] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *id natum* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
a cicco] Flor. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a ciceo* Havn. — *a cico* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *a circo* Ven. I. II. — *a cito* Edit. princ. vet.
cicur videtur] Florent. — *cicare videtur* Havn. — *cicur* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
ciccum dicebant] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *cicum dicebant* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ciceum dicebant* Havn.
est ut in malo] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *est in melo* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
dicit] om. Havn.

quod volt densum, ciccum non interduo.

Apud NAEVIUM

Eccum venire video ferme iniuria.

Ferme dicitur quod nunc Fere; utrumque dictum a ferendo, quod id quod fertur, est in motu atque adventat.

Apud PLAUTUM

Euax: iurgio uxorem tandem abegi ab ianua.

Euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud ENNIUM

quod volt densum] Flor. Havn. — *quod volet densum* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.
ciccum] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *cietum* Havn. — *cicum* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — Rudentis II, 7, 22 esse censent, sed alium deperditum locum intelligit Varro.
interduo] Vulg. Vertr. — *inter duo* Florent. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *intus duo* Havn. — *interduim* ex Plauti libris Turn. Sciopp. — *interdico* Scalig.
Naevium] *Nevium* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
eccum venire] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ciccum venire* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cicum venire* Cod. B. — *circum venire* Augustin. ex libro in marg.
iniuria] *in via* Sciopp.
utrumque dictum] *utrumque dicitur* Havn.
Plautum] Menaechm. I, 2, 18.
iurgio] *iurgo* Havn.
abegi ab ianua] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ab regia ianua* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *a regia ianua* q. V. C. ap. Sciopp. in marg.
effutitium] Flor. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *effuticium* Sciopp. — *effutitum* Cod. B. Edit. princ. vetust. Augustin. marg.

Hehae ipse clupeus cecidit.
apud ENNIUM
Heu, mea puella, spe quidem id succenset tibi.
apud POMPILIUM
Heu, qua me causa, fortuna, infeste premis?
Quod ait Iurgio, id est litibus; itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur Lis; ideo in actionibus videmus dici:
Quam rem sive mi litem dicere oportet.

hehae] Flor. Rhol. Venet. I. II. — *hebe* Edit. princ. vetust. *hebae* Ald. Bas. — *hehe* reliqui.
clypeus] *clipeus* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *clupeus* nos.
Apud Ennium] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Apud Naevium* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
Heu, mea] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Eheu mea* Vulgat. Vertr. Sciopp.
puella] *poella* Havn.
saepe quidem] Havn. doctus quidam vir apud Augustin. Vertr. Sciopp. — *q. V. C. ipse. al. spem* Sciopp. marg.; prius est ex Turnebi coniectura. — *spe quidem* Flor. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg.
id succenset] Flor. — *id succensit* Havn. — *id succenses* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *is succenset* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Pompilium] *Popilium* Vertr.
causa] *caussa* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *causa . . premis* om. Havn.
fortuna infeste] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *fortuna, fortuna infesta* Cod. B. — *fortuna infesta* Ald. Basil. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
premis] *promis* Flor. — *praemis* Rhol. Venet. I. II.
quibus res erat] media vox in Ed. Bipont. negligentia omissa.
quam rem] *quem rem* Havn.
sive mi litem] *sive militem* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *sive litem* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *sive mi litem me* Victor. emendat.

ex quo licet videre Iurgare esse ab iure dictum, quom quis iure litigaret; a quo Obiurgat is qui id facit iuste.
Apud LUCRETIUM
Atque aliquos ibi ab rebus clepsere foro qui
Clepsere dixit, unde etiam alii Clepere, id est corripere; quorum origo a clam, ut sit dictum clapere, unde clepere, et ex ea commutatio. Ut multa, potest vel a Graeco dictum κλέπτειν.
Apud MATIUM

iurgare esse ab] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *esse* om. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr.
cum quis] Flor. Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nam qui* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.— *quom quis* Havn.
a quo] *ab quo* Havn.
obiurgat is] Flor. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *obiurgatus is* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *obiurgatus* Cod. B. — *obiurgaret is* pr. m. Havn.
facit iuste] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *facit iniuste* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
apud Lucretium] *apud Lucilium* Vertr. Scalig.
ibi ab rebus] libri omnes. — *ibus ab rebus* Scalig. Sciopp.
foro, qui] *foroque* Scalig. Sciopp.
clepsere dixit] *clepesere dixit* Havn. ita et supra.
unde clepere] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Cod. B. Ed. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
et ex ea commutatio] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryp. — *et ex E. A commutato* Vulg. Vertr. Sciopp.
ut multa] Flor. Havn. — *ut multa et factum clepere* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut multa, est factum clepere* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
potest vel a graeco] Florent. Havn. — *potest a graeco* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *potest et a graeco* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
κλέπτειν] *cleptin* Florent. Edit. princ. vet. — *κλέπτειν clepere* Havn.
apud Matium] *apud Martium vatem* Codex B. Augustin. et Vertr. in marg. — *apud Marcjum* Havn.

Corpora Graiorum maerebar mandier igni.

dictum Mandier a mandendo, unde Manducari, a quo
99 in Atellanis obsonium vocant Manducum.

Apud MATIUM

Obscaeni interpres funestique ominis auctor.

Obscaenum dictum ab scaena; ea ut Graeci aut ACCIUS scribit, scena. In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt Sceptrum, par-

Graiorum] *graiiorum* Venet. I. II.
maerebar] *maerebant* Scalig. Sciopp. — *merebar* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas.
mandier] *mandiere* Havn.
a quo] *et a quo* Florent. Havn. — alterutrum litura amovendum, sive *et* sive *a quo.*
Atellanis] *Atellaneis* Vulg.
obsonium] *ad obsenum* Flor. — *ad obscoenum* Havn.
apud Matium] Florent. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *apud Martinum* Edit. princ. vetust. — *apud Martium* Rholand. Venet. I. II. — *apud Martium vatem* Codex B. August. et Vertr. in marg.
obscaeni] Vulg. Vertran. Sciopp. — *obsceni* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. — *obscoeni* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.; et sic semper idem libri variant.
interpres] *interpretes* Havn.
ominis] *omnis* Havn. Ed. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *oı̄s* Rhol. — *hōıs* Venet. I. II
auctor] *author* Ald. Bas. — *autor* Par. Gryph.
ab scaena] Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ab scena* reliqui.
ea ut Graeci aut Accius] Flor. Edit. princ. vetust. Ald. Basil. Par. Gryph., item sed *Actius* Rholand. Venet. I. II. — *ea Graeci aut Decius* Havn. — *ea ut Graeci, ut Actius* Cod. B. Vulgat. Vertr. — *ut Graeci ut Actius* Sciopp. — *et ut Graeci scribunt et Accius* Norisius in Orthograph. pag. 278; conf. Faernus ad Ter. Hecyr. Prolog. v. 8.
verbis] *verbeis* Vulg.
quod] om. Havn.
partim dicunt sceptrum, partim scaeptrum] Edit. princ. vetust. Rhol. — *partim dicunt scaeptrum, partim sceptrum* Cod. B. — *partim dicunt scaeptrum, partim dicunt sceptrum* Vulg. Vertran., et omisso priore *dicunt* Sciopp. — *partim dicunt sceptrum* Florent. Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

tim Scaeptrum; alii Faeneratricem Plauti, alii Feneratricem; sic Faenisicia ac Fenisicia, ac rustici pappum Mesium, non Maesium, a quo LUCILIUS scribit

Caecilius [Praetor] ne rusticus fiat.

quare turpe; ideo obscaenum quod nisi in scaena, palam dici non debet. Potest vel ab eo, quod pueris

alii faeneratricem] Flor. Edit. princ. vetust. — *alii feneràtricem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *alii fenus* Cod. B. — *alii faenus* Vulg. Vertr. Sciopp.
Plauti] Flor.; suprascripto Θ. — *alii Plauti faeneratricem* Havn. — Videtur ex marg. illatum.
alii feneratricem] Edit. princ. vet. — *alii foeneratricem* Flor. Havn. — *alii faeneratricem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *alii foenus* Cod. B. — *alii fenus* Vulgat. Vertr. Sciopp.
faenisicia] Florent. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *faeniseca* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *foeniseca* Ald. Bas. Par. Gryph.
ac fenisicia] Havn. — *ac foeniseca* Flor. — *et fenisicia* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et feniseca* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
ac rustici] Florent. Havn. — *a quo rustici* reliqui.
Mesium] Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *Maesium* Flor. Havn. — *moesum* Cod. B. — *Maesum* Vulg. Vertr.
non Moesium] Florent. Havn. Sciopp. — *non Maesum* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. — *non mesum* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — *non Maesium* nos dedimus.
Caecilius] *Cecilius* Flor. Ed. princ. vetust. Rhol.
ne rusticus] Scalig. ex Diomedis Lib. II. pag. 447. *praetor ne rusticus.*
turpe] om. Sciopp.
ideo obscaenum] *ideo obscoenum* Par. Gryph. — *ideo ob sedum* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *ideo ob servoum* Flor. — *ideo obserroum* Havn. — *id obscaenum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
in scaenam] Flor. — *in scenam* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *in scena* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *in scaena* Vulg. Vertr. Sciopp. et Havn. ut videtur.
pueris] Cod. B. Vertr. Sciopp. — *puereis* Vulgat. — *puerilis* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris.

turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa Scaevola appellata. Ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt, bona auspicia existimantur. A quo dicuntur comitia,
(81) aliudve quid sit, dicitur aut sinistra quae nunc est. Id a Graeco est quod hi sinistram vocant σκαιάν; quare

Gryph. — *puerulis* emendavit Turneb. in Flor. emendatum videbatur: *pueriis.* — fort. *puerperis.*

obsit, bonae scaevae] Cod. B. Turnebi vetus liber, Vulg. Vertran. Sciopp. — *obsit ubonae scaevae* Flor. Havn. — *obsit scaevae* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

causa] *caussa* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

scaevola appellata] Flor. Havn. — *inde scaevola appellatus* reliqui omnes praeter Cod. B. et Sciopp., qui haec omittunt.

ea dicta ab] om. Edit. princ. vet. In Cod. B. omnia ab: *inde scaevola* usque ad *sinistra* desiderantur.

id est] om. Edit. princ. vet.

dicuntur] *dicitur* Havn.

aliudve quid sit dicitur] Flor. — *aliudve quid sit dixi* Cod. B. Havn. — *aliudve quid sit, dici* Vulg. Vertran. Sciopp. — *aliudve quid sit* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

aut sinistra] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *avi sinistra* Turnebus. — *ave sinistra* Vulg. Vertr. Sciopp. — Ante haec exciderunt quaedam.

quae nunc est] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quae est* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aliudve, quod fit aut sinistra, scaeva* Scal.

quod hi] *quod hiei* Cod. B.

σκαιὰν] Par. Gryph. Vulgat. Vertran. cum Cod. B. — *σκαίαν* Ald. Bas. — *scean* Flor. — *sceam* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *σκαιόν* Sciopp.

quod dixi, scaevum. Omen est omen turpe, quod unde id dicitur, Osmen, S quod extritum.

Apud PLAUTUM

Quia ego antehac te amavi et mihi amicam esse crevi.

valet constitui; itaque heres quom constituit se heredem esse, dicitur Cernere, et quom id fecit Crevisse.

Apud eundem quod est

quod dixi] *quod dixit* Sciopp.
scaevum omen est omen turpe] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *scaevum omne est turpe* Ald Bas. — *saevum omen est turpe* Par. Gryph. — *scaevum omen est* Edit. princ. vetust. — *scaevum omen est scaevum vero turpe* Codex B. — *scaevum bonum omen est, obscaenum vero turpe* Vulg. Vertr. Sciopp.
quod unde id dicitur] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *quod inde id dicitur* Codex B. — *quod inde dicitur* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *id unde dicitur* Ald. Bas. Paris. Gryph.
Osmen, S quod extritum] ita nos. — *osmen e quod extritum* Flor. — *osmene quod extritum* Havn. — *Osmen Omen extrito S.* Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *obscaene quod exatricon* Codex B. — *obscaene quod exotericum* Vulg. Vertr. Sciopp.
Plautum] Cistellar. I, 1. cf. Victor. Var. Lect. VII, 1. Turneb. ad Cicer. de Legg. pag. 630.
Quia ego] *Quum ego* ex Plauti libris Turneb. Sciopp. — *Qui ego* Vertr.
te amavi] *te* om. Cod. B.
et mihi amicam esse crevi] ex Plauto Vulg. Vertr. Sciopp. — om. Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — Fort. *crevi* in fine repetendum.
heres quom] Havn. — *heres cum* ceteri.
esse dicitur] om. Ed. princ. vet.
cernere] Vict. Turn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *canere* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. — *cavere* Par. Gryph.
et quom] Havn. — *et cum* ceteri.
fecit] Flor. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ferit* Ed. princ. vet. — *fecerit* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quod est: Mihi] Augustin. in marg., Vertr. Sciopp. — *quod*

Mi frequentem operam dedistis.

valet assiduam; itaque qui adest, Assiduus; ferre quem oportet, is frequens opponi solet. Itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt

Pol istoc quidem nos pretio tanti est frequentare;
Ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti.

esimi Flor. — *quo desim* Havn. — *quod est: Mi* dedimus. — *Quo de sinu* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald Bas. Par. Gryph. Vulg.

assiduam] Flor. — *assidua* Havn. — *adsiduam* ceteri.

assiduus] Flor. — *adsiduus* reliqui.

ferre quem oportet] Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vertran. Sciopp. — *ferre quae oportet* Cod. B. — *ferret quem oportet* Flor. Havn. — *ferre quem quae oportet* Vulg. — *fert qui quae oportet* Fulv. Ursinus apud Augustin. et Sciopp.

is frequens] Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *his frequens* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

opponi solet] om. Sciopp. — *appellari solet* citat Turn. ad Ciceron.

illud quod eaedem] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *illud eaedem* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

dicunt pol istoc quidem] Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicunt quidem* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicunt o quid est* Florent. — *dicunto quod* Havn.

pretio tanti est] Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *pretio facile est* August. ex Plauti libris in margine, Vertr. Sciopp. — *pretio tanti esse* Havn. — *pretio per tanti est* Flor. Ed. princ. vet. — *per tanti est* Cod. B.

frequentare] *frequentare tibi utilesque haberi* ex Plauto Turneb. Sciopp.

accepisti] *accipisti* Havn.

apparet dicere Facile est curare ut adsimus, quom iam bene nos accipias.

Apud ENNIUM

Decretum est stare corpora telis.

Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo; a quo Fossa.

Apud ENNIUM

vocibus concide, facimus musset obrutus. 100

Mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt; a quo idem dicit, quod id minimum est.

apparet] *apparatum dicit facilem, est curáre* Augustin. in marg. ex libris.

curare ut adsimus] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ut curare ut adsim* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *curare ut* Cod. B. — *curare ut assinuts* Havn.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

iam bene] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tam bene* Vulg. Vertran. Sciopp.

est stare] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *est fossare* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *est fossari* Columna vult pag. 60. idem alios legere *est dare* adnotat. Scaliger ex sequentibus huc refert: . . . *corpora telis*

Decretum stare est, quibu' concidet obrutu' fossim.

Mihi deesse quid videtur.

telis] *tellis* Havn. — *teleis* Vulg.

hoc verbum Ennii] om. Sciopp.

fodiendo] *fodicando* citat Columna loc. cit.

a quo fossa] *a quo fosso* Cod. B. — *a quo fessa* Havn.

Apud Ennium] *Aput Ennium* Codex B. — *Apud Ennium . . . obrutus* om. Sciopp.

facimus musset] Turnebi codex. — *face musset* Turnebus. — *facimus et* Flor. Havn. — *fac siet* Vulg. Vertr. — *faxsin et* Cod. B. Edit. princ. vet. — *faxim et* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

obrutus] *obrutum* Flor. — post hoc verbum *desunt quaedam* Vulg. Vertr. Sciopp. — in ceteris nullum lacunae signum.

quam μῦ] *quam mus* Cod. B. Edit. princ. vetust.

quod id minimum est] Flor. — *id quod minimum est* Havn. — om. Sciopp. — *quod minimum est* ceteri.

neque ut aiunt, μῦ facere audent.

Apud PACUVIUM

Dei monerint meliora, atque amentiam
Averruncassint.

A vertendo Averruncare, ut Deus qui in eis rebus praeest, Averruncus. Itaque ab eo praecari solent, ut pericula avertat.

In Aulularia

pipulo te differam ante aedis

id est convicio, declinatum a pipatu pullorum. Multa

μῦ facere] *μῦς facere* Cod. B. — *ni facere* Ed. princ. vet. — *mut facere* Columna pag. 137, qui cum Erasmo in Adag. I, 8, 2. Ennii esse censet; videntur Lucilii verba.

audent] *audet* Vulg. Vertr.

dei monerint] Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *dei motierint* Havn. — *dii monerint* Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *munera dent* Cod. B. — *dicitur moneri ne* Ed. princ. vetust. — Nonius Marc. X, 22. Augustin. ad Fest. pag. 589.

a vertendo] melius: *ab avertendo* quod et Turneb. coniecit.

qui in eis rebus praeest] Florent. — *qui meis rebus praeest* Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *qui iis rebus praeest* Vulg.; item sed *eis* Vertr. Sciopp.

averruncus] *averrimcus* Edit. princ. vetust.

ab eo precari] *ab precari* Codex B.

Aulularia] III, 2, 32. — *aularia* Havn.

pipulo] *pipilo* Cod. B.

differam] *differram* Edit. princ. vetust. — *differam hic* ex Plauto Vertr. Sciopp.

aedis] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *aedes* Par. Gryph. — *aedeis* Vulg. Vertr. Sciopp.

convicio] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *convitio* reliqui.

a pipatu] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *a piatu* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. — *a pictu* Cod. B. Edit. princ. vetust.

multa] *muta* Havn.

ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua ut ENNII

animus cum pectore latrat.

PLAUTI

Gannit odiosus omni totae familiae.

CAECILII

Tantum rem dibalare, ut pro nilo habuerit.

LUCILII

Haec inquam rudet ex rostris atque heilitabit.

tralata] Florent. Havn. et ita locum citat Victorius ad Horat. Epist. I, 2, 66. — *translata* ceteri.

animus cum pectore] *animusque in pectore* Scaliger. — *avis cum pectore* Havn.

latrat] Flor. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *lactat* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — Columna ad Enn. pag. 93.

gannit] *ganuit* operarum mendo in Rholand. unde *gannuit* in Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ganodiosus* sic coniuctim Havn. — *oggannuit* Scalig.

Caecilii] *Cilii* Havn.

tantam rem] Vulg. Vertr. Sciopp. — *tantum rem* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

dibalare] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp. — *dibala re* Rhol. — *dilabere* Venet. I. II. — *dilabare* Ald. Bas. Par. Gryph. — *vidi balare* Turneb. ex cod. — cf. Victor. Var. Lect. IX, 17.

ut pro nilo] Havn. — *pro nilo ut* Flor. Edit. princ. vet. — *ut pro nihilo* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

haec inquam] *haec nunquam* Codex B. Edit. princ. vetust. — Non. Marc. I, 78.

rudet] *ridet* Havn.

rostris] *rostreis* Vulg.

atque heilitabit] Florent. Sciopp. — *atque helitabit* Havn. — *atque ei litabit* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *atque heylitabit* Turnebi codex, unde ipse *eiulitabit* quod et Nonii libri I, 78 ubi alii, ut Ald. Basil. *eiulitavit* exhibent. — *militabat* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *atque hinnilitabat* Codex B. Vulg. Vertr.

Eiusdem

Quantum hinnitum atque equitatum.

Minus aperta PORCII ab lupo

volitare ululantis.

ENNII a vitulo

Tibicina maximo labore mugit.

Eiusdem a bove

clamore bovantes.

Eiusdem a leone

pausam fecere fremendi.

Eiusdem ab haedo

eiusdem] om. Cod. B.
hinnitum] *hinitum* Edit. princ. vet. — *hunnitum* Havn.
equitatum . minus] Flor. Havn. Sciopp. — *equiticum minus* Cod. B. — *equiti cum minus* Ed. princ. vet. — *equitatum cum minus* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.
aperiant] libri omnes. — *aperta* ex coniectura Augustinus in margine, quod recepit et Vertr. et Sciopp. — Fort. *aperta ut* cui nihil est, quod opponas, nisi fortasse, verba quae sequantur, *ululare, mugire* etc., quam illa priora *gannire, balare* non minus esse perspicua.
Porcii] *Porci* Ald. Bas. Par. Gryph. — *portu* Ed. princ. vet. — Victor. Var. Lect. XVII, 1.
volitare] Flor. Havn. — *volutare* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Vulg. Vertr. Sciopp. — *voluntare* Gryph. — *voluntares* Scalig.
ululantis] *ululatu* Havn.
labore mugit] *clamore mugit* Columna pag. 185. Sciopp. — *labore mugit suetus* Cod. B.
eiusdem a bove] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *equidem a bove* reliqui, praeter Cod. B. qui ita: *equidem a bovis clamore bovantes.*
clamore bovantes] *clamorem bovantis* Havn.
eiusdem a leone] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *equidem a leone* reliqui.
fecere] *facere* Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet.
eiusdem ab haedo] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *eiusdem ab edo* Flor.; reliqui item *equidem; edo* Edit. princ. vet. — *aedo* Rhol. — *hedo* Ven. I. II. — *hoedo* Ald. Bas. Par. Gryph. — *celo* Cod. B.

Clamor ad caelum volvendus per aethera vagit. (82)

Sunt a frendice *Frunde* et *Frutinni;* suaviter M. ACCIUS in Casina a fringuilla

Quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis?

sues avoluerat

ita trade deque in re neque in

Iudicium Aesopi nec theatri trittiles.

clamor ad caelum] *ad caelum clamor* Augustin. in Emendat., quem secutus Sciopp. — Scaliger vult: *Clamor it ad caelum volitatque per aethera vagor.* cf. Columna pag. 83. Vossius Instit. Rhet. IV, 5. pag. 96.
sunt a frendice] nos. — *sueta frendice* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *suetus frendice* Cod. B. — *ire sueta frendice* Paris. Gryph. — *et a frendice* Vulg. Vertr. Sciopp.
frunde et frutinni] Florent. Havn. — *frunde frutimi* Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *frunde erutimi* Augustin. marg. ex coniectura.
suaviter] *sua inter* Ed. princ. vet. — *eius ab hirundine . hirundo fritinni suaviter* Turneb. — *eiusdem ab irundine . nefrunde fritinni suaviter* Scalig. Dacier ad Fest. pag. 154; conf. Columna ad Enn. pag 305.
ab tressis] Florent. Havn. — *a tressis* reliqui.
ad centussis] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ad ducentussis* veteres libri omnes.

modi sunt compositi, eiusmodi habent similitudinem: dupondius quod dissimilis est, ut debuit, dissimilem habet rationem. Sic as, quoniam simplex est ac principium, et unum significat et multitudinis habet suum infinitum; dicimus enim asses; quos cum finimus, dicimus dupondius et tressis et sic porro. Sic videtur mihi, quoniam finitum et infinitum habeat dissimilitudinem, non debere utrumque item dici; eo magis, quod in ipsis vocalibus, ubi additur certus numerus in milliariis, aliter atque in reliquis dicitur; nam sic loquuntur, hoc mille denarium, non hoc mille denarii, et haec duo millia denarium, non duo millia denarii. Si esset denarii in recto casu at-

numeri ex eiusdemmodi] Flor. Havn. — *numeri ex eiusmodi* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *numeri eiusmodi* Vulg. Vertran. Sciopp.
eiusmodi] *eiusdemmodi* Havn.
habet] *habere* Ed. princ. vet., nec Victorio ex Flor. mutatum.
est] om. Havn.
Sic videtur mihi] Flor. Ed. princ. vet. — *sic dividetur mihi* prima syllaba *di* inducta Havn. — *videtur mihi* ceteri.
habeat dissimilitudinem] *habeat, similitudinem* Vulgat. Vertr. Sciopp.
non debere utrumque] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *non habere, utrumque* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.
vocalibus] Florent. Havn. — *vocabulis* ceteri.
certus] *centus* Havn.
in milliariis] sic nos ex coniectura. — *in militaris* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *in militaribus* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
reliquis] *reliqueis* Vulg.
loquuntur] *loquontur* Flor. — *si loquuntur* Pius.
mille denarium] *mille denariorium* Havn.
et haec duo . . denarii] om. Havn.
miliia denarium] Vulg. Vertr. Sciopp. — *millia denaria* libri ceteri.
millia] *milia* idem libri.
atque infinitam multitudinem] Havn. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *atque infinitum multitudinem* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

que infinitam multitudinem significaret, tunc in patrico
denariorum dici oportebat, et non solum in denariis,
victoriatis, drachmis, nummis, sed etiam in viris idem
(119) servari oportere, cum dicimus iudicium fuisse triumvi-
rum, decemvirum, non triumvirorum, decemvirorum.
Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est
una novenaria regula, duo actus, tres gradus, sex de-
curiae, quae omnia similiter inter se respondent. Re-
gula est numerus novenarius, quod ab uno ad novem

in patrico] Flor. Ed. princ. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *in patrio* Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *in pertico* Havn.

victoriatis] *victor latis* Gryph. — *victoriateis* Vulg.

drachmis] *et rachmis* Flor. — *et rachinis* Havn. — *et rachimis* Edit. princ. vetust. — *drachmeis* Vulg.

nummis] *numis* Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *nummeis* Vulg. — *minimis* Havn.

sed etiam] *sex et* Havn.

in viris] *in vitris* Edit. princ. vet. — *in utris* Flor. quod tamen deletum fuerat et repositum *in viris.* — *in vireis* Vulg.

oportere] *opportere* Ed. princ. — *oporteret* Sciopp.; imo erat delendum.

iudicium] *iuditium* Ed. princ. vet.

triumvirum] *triumvirorum* Havn.

decem virum, non triumvirorum, decem virorum] Vulg. Vertran. Sciopp. — *decem virum, non centum virorum* Flor. Havn. — *decem virum, non trium virorum* Ed. princ. vet. Rhol. — *de cem virorum, non trium virum* Ven. I. II. Pius. — *decem v'rum, non decemvirorum, triumvirorum* Ald. Bas. Par. Gryph.

una novenaria] Vulg. Vertran. Sciopp. — *una non novenaria* Flor. — *una non noventria* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

duo actus] *duactus* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.

quae omnia] *qua omnia* Havn. Edit. princ. vetust.

regulae est] *regula est* Sciopp.

numerus novenarius] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *numerus noventrius* reliqui cum Havn.

ad novem] Havn. — *ad* om. ceteri.

cum pervenimus, rursus redimus ad unum, et hinc et
novem et nonaginta et nongenti ab una sunt natura
novenaria: sic ab octonaria et deorsum versus ad sin-
gularia perveniunt. Actus primus est ab uno ad non-
genta, secundus a mille ad nongenta millia, quod idem
valebat unum et mille. Utrumque singulari nomine ap-
pellatur; nam ut dicitur hoc unum, haec duo millia et 150
sic deinceps multitudinis in duobus actibus reliqui omnes
item numeri. Gradus singularis est in utroque actu ab
uno ad novem, denarius gradus a decem ad nonagin-

ad unum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ad unam* veteres libri omnes.

et hinc] Vulg. Vertr. Sciopp. — *et V hinc* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. — *et .V.* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut V. hinc* Havn. — Fort. notae signum .ϒ.

et novem et nonaginta et nongenti] nos ex varia librorum lectione. — *et IX et nungenti* Flor. — *et LX et nongenti* Havn. — *et IX* Ed. princ. vet. — *et IXXXX* Rhol. Ven. I. II. *et XC* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *unum et nonginta* Vulg. Vertran. Sciopp.

novenaria] *novernaria* Edit. vet.

ab uno ad nongenta] Vulg. Vertran. Sciopp. — *ab uno dcccc* veteres libri omnes.

ad nongenta] *ad nungenta* Florent. Havn. Edit. princ. vet.

millia] *milia* Flor. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.

valebat] *valeat* Sciopp.

singulari nomine] Flor. — *singula nomine* Havn. — *singulari numero* ceteri.

appellatur] *appellant* Vulg. Vertr. Sciopp.

nam ut] *nam* Havn.

hoc unum] *hoc unum mille* Perizonius ad Sanct. Minerv. tom. II, pag. 132.

haec duo millia] *haec duo, sic dicitur hoc unum, haec duo millia* Sciopp.

multitudinis] *multitudineis* Vulgat. — *multitudinis numero* Sciopp.

singularis] *singulis* Havn.

denarius gradus] Vulg. Vertran. Sciopp. — *denarios gradus* veteres libri omnes.

a decem ad nonaginta] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *decem ad IX* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. — *X ad IX* Venet. I. II.

ta, centenarius a centum ad nongenta. Ita tribus gradibus sex decuriae fiunt, tres milliariae, et tres minores. Antiqui his numeris fuerunt contenti. Ad hos tertium et quartum actum ab deciens minorem imposuerunt vocabula; neque ratione; sed tamen non contra est eam de qua scribimus, analogian. Nam ut deciens cum dicatur hoc deciens, ut mille hoc mille, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicemus ut hoc mille, huius mille,

Ald. Bas. Paris. Gryph. — *decem ad hoc* Havn. fort. id ex XC natum.

centenarius] *centenaribus* Ed. princ. vet. — *centenarios* Havn.

a centum] om. Edit. Vulg. Vertr.

ad nongenta] Vulg. Vertr. Sciopp. — *DCCCC* veteres omnes.

ita] *item* Havn.

milliariae] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *miliaria* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

et tres minores] *et res minores* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand.

his numeris] *his numerus* Edit. princ. — *heis numereis* Vulg.

fuerunt] *fiunt* Havn.

ad hos tertium] Flor. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ad alios tertium* Edit. princ. vet. — *ad hoc tertium* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

actum] *actura* Edit. princ.

ab deciens minores] Florent. Havn. — *a decies minores* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a deciens minora* Vulg. Vertran. — *addiderunt posteriores atque ieis minora* Sciopp.

contra est] *contra* Havn.

analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.

nam ut deciens] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *nam ut decienis* Florent. Havn. — *nam ut deciennis* reliqui. — Fort. *nam deciens.*

ut mille hoc mille] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — *ut mille* Par. Gryph. — *ut hoc mille, huius mille* Vulgat. Vertr. Sciopp.

sine casibus . . . mille] om. Havn.

sic hoc deciens, huius deciens, nec eo minus in altero, quod est mille, praeponemus hi mille, horum mille.

50. Quoniam in eo est nomen commune, quam vocant ὁμωνυμίαν, obliqui casus ab eodem capite ubi erit ὁμωνυμία, quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus, cum oppidum, Graecanice hoc Argos, cum Latine Argi. Item faciemus, si eadem vox nomen et verbum significabit, ut et in casus et in tempora di-

sic hoc deciens] *si hoc deciens* Edit. princ. vetust. neque hoc ex Flor. a Vict. in Edit. princ. emendatum. — *sic hoc decienes huius decienis* Havn.

nec eo minus] *neque cominus* Havn.

hi mille] *hei mille* Vulg.

C a p. L.

commune] *conmune* Edit princ.

ὁμωνυμίαν] *omonimyan* Flor. Havn. — *emonimia* Edit. princ. vet. — *emonimiam* Rholand. Venet. I. II. — *ab eodem . . ὁμωνυμία* om. Havn.

ὁμωνυμία] *omonimya* Flor. — *emonimia* Edit. princ. vet. — *omonimia* Rhol. Venet. I. II. — *homonymia* Ald. Bas. Par. Gryph.

quo minus] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *obliqui casus quo minus* veteres libri omnes.

hic Argus . . dicimus] om. Havn.

graecanice] Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *graecancenie* Flor. — *graecaneaene* Havn. — *graecamcene* Rhol. — *graecam cene* Venet. II. — *graecancerie* Ed. princ. vet.

cum latine Argi] Flor. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *cum latine Argei* Havn. — *cum itaque Argi* Ed. princ. vetust. — *Latine hei Argei* Vulg. — *Latine hi Argi* Vertr. Sciopp.

si eadem vox] *Eadem vox* Vulg. Vertr. Sciopp.

nomen et verbum] Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nominct verbum* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

significabit] Pius. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *significavit* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

ut et in casus] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ve-

spariliter declinetur, ut faciamus a Meto quod nomen est, Metonis, Metonem; quod verbum est Metam, Metebam.

51. Reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt vocabula declinata [et sunt] quas *συνωνυμίας* appellant, ut Sappho, et Alcaeus et Alcaeo, sic Geryon, Geryo-
(120) nus, Geryones: in hoc genere, quod casus perperam permutant quidam, non reprehendunt analogian, sed qui eis utuntur imperite: quod quisque caput praehen-

net. I. II. Ald. Bas. — *ut in casus* Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.
quod nomen est] *quom nomen est* Sciopp.
Metonis] *motonis* Edit. princ. vet.
quod verbum est] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod verbum est meto, metis* Vulg. — *quod verbum meto, metis* Vertr. — *quom verbum meto, metis.* Sciopp.

C a p. LI.

declinata, quas] *declinata et sunt quas* Vulg. Vertr. Sciopp.
συνωνυμίας] *sinonymias* Flor. — *sinonimas* Edit. princ. vetust. — *synonimas* Rhol. Venet. I. II. — *synonymas* Ald. Basil. Par. Gryph. — om. Havn.
Sappho] *Sapho* Ed. princ. vet. — *Sappho et* om. Augustin. in Emendat. Sciopp. — Fort. alterum declinationis genus excidit.
Geryon] *Gerion* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. et sic semper.
Geryonus] *gerionus* Flor. — *gerionis* Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. — *Geryonis* Par. Gryph. Sciopp. — *geriones* Edit. princ. vetust. — *et Geryones* Vulg. Vertr.
Geryones] *geriones* Flor. Havn. — *gerionus* Edit. princ. vet. — *gerione* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *Geryone* Paris. Gryph. — *Geryonem* Sciopp. — *et Geryonas* Vulg. Vertr.
perperam] *perparam* Edit. princ.
analogian] Havn. — *analogiam* ceteri.
eis utuntur] Florent. Havn. — *eis utitur* reliqui.
caput praehenderit] Flor. — *caput prenderit* Edit. princ. vet. Rholand. — *caput pertenderit* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *caput pretenderit* Havn.

derit sequi debet eius consequenti casus in declinando, 151
ac non facere, cum dixerit recto casu Alcaeus, in obliquis dicere Alcaeoni et Alcaeonem: quod si miscuerit, [et] non secutus erit analogias, reprehendendum est.

52. Reprehendendum Aristarchum quod haec nomina Melicertes et Philomedes similia neget esse, quod vocandi casus habeat alter Melicerta, alter Philomede: sic qui dicat Lepus et Lupus non esse simile, quod alterius vocandi casus sit Lupe, alterius Lepus: sic Socer, Macer, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum Soceri, ab altero bisyllabum Macri. De hoc etsi supra responsum est, cum dixi de lana, hic quoque

eius consequenti casus] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *eius consequentiam casus* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *eius consequentias casus* Vulg. Vertran. Sciopp. — Corrige: *eius consequentis casus.*
ac non facere] *facere; at non* Scalig.
dixerit] *dixit* Havn.
in obliquis] *in obliqueis* Vulg. — *in obliqui* Havn.
dicere Alcaeoni] *dicere Alceon* Edit. princ. vetust.
quod si miscuerit] Florent. Havn. — *quod si institerit* ceteri omnes.
et non secutus] *et* delet Augustin. in Emendat.; omitt. Vertr. Sciopp.

C a p. LII.

reprehendendum] *repraehendendum* Edit. princ. Flor. — *reprehendunt* ex coniectura in margine Augustinus, in textu Vertr. Sciopp.
neget] *negent* Havn.
vocandi] *vocandei* Vulg. ita et infra. —, cf. VIII, 38.
alter . . alter] *aliter . . aliter* Havn.
lepus] *lupus* Havn.
in] om. Havn.
altero trisyllabum] *atterotri syllabum* Havn.
bisyllabum macri] *bisyllaba luem macri* Havn. sed prima mediae vocis littera deleta.
etsi] *si* Havn.
cum dixi de lana] om. Sciopp. — *cum dixi de lucerna* Augustin. in marg. ex coniectura.
hic quoque] *heic quoque* Vulg.

amplius adiiciam, similia non solum a facie dici, sed etiam ab aliqua coniuncta vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant; itaque saepe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio: sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similis, in nationes exprocreante dissimilis. Itaque in hominibus emendis, si natione alter est melior, emimus pluris, atque in hisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliunde, ut in equis aetas, ut in his cuiusmodi faciant pullos, ut in pomis, quo sint succo. Si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendendus non est. Quare dissimilitudinem di-

adiiciam] *additiam* Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol.
oculis] *oculeis* Vulg.
latere soleant] Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. — *latere soleat* ceteri.
esse similia]. *esse similes* Havn.; quae sequuntur usque ad *in nationes* idem om.
esse similis] *esse simileis* Vulg. — *esse similes* Vertr. Sciopp.
in nationes] mendose *in oationes* excusum in Rhol.; unde *in orationes* Venet. I. II. Pius. — *natione* corrigit Vertr. — *si natione seu* Sciopp. — Fort. *si natione eos procreante.*
ex procreante] *exprocreate* Venet. I. II. Pius. — *procreatione* Sciopp.
dissimilis] *dissimileis* Vulg. — *dissimiles* Vertr. Sciopp.
hominibus] *omnibus* Havn.
emendis] *emendeis* Vulg.
emimus] *eminus* Edit. princ. vet. Gryph. — *et minus* Havn.
hisce] *heisce* Vulg.
sumimus] *summimus* Edit. princ. vet. — *sum imus* Ven. I. II.
tantum] *tm̄* Havn.
equis] *equeis . . heis . . pomeis* Vulg.
in his cuiusmodi] *iis eiusmodi* Havn.
in pomis] *in domis* Venet. I. II.
succo. Si igitur] *succosi . igitur* Ed. princ. vet. et simplici *c* Havn. — *succosa . igitur* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
reprehendendus] *repraehendundus* Florent. — Fort. *verborum, quis reprehendundus est?*
dissimilitudinum] *dissimilitudinem* Flor. Havn. — *dissimilitudines* Edit. princ. vetust.

scernendarum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem assumi, ut in his Nemus, Lepus, hic Lepus, hoc Nemus: Itaque discedunt ac dicuntur hi Lepores, haec Nemora, sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus per-
spici possit; non enim erit remotum a natura, neque 152
enim magnetas lapides duo inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles. Quod ad nominationum analogiam pertinet, ita declinatum arbitror, ut omnia quae
dicuntur contra, ad respondendum ab his fontibus su- (121)
mi possint.

53. Quod ad verborum temporalium rationem at-

assumitur] *adsumitur* Vulgat. Vertr. Sciopp.; idem libri paulo post *adsumi* scribunt et infra: *adsumtum.*
ut pronomen] *pronomen* Havn.
casum] *casu* Havn.
assumi] *adsummi* Havn.
in his] *in heis* Vulg.; infra: *hei lepores.*
itaque discedunt ac] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *itaque differunt ac* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *discedunt ac diducuntur* Augustin. et Vertr. in marg
non enim] *non* Havn
magnetas] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. — *magnetes* ceteri.
duo inter . . lapides] om. Havn.
ad nominationum analogiam] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ad nominativom analogia* Florent. — *ad nominativum analogia* Edit. princ. vet. Ven. I. II. — *ad nominationum analogia* Havn. — *ad ntm̄ analogia* Rholand. — *ad nominationem analogia* Ald. Bas. Paris. Gryph. — Fort. *ad nominatuum analogian.*
pertinet] om. Havn.
his fontibus sumi] Flor. Havn. Edit. princ. Rhol. — *his fontibus summi* Edit. vetust. — *his sumi fontibus* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. (*heis*) Vertr. Sciopp.
possint] Vertr. Sciopp. — *possit* reliqui omnes.

Cap. LIII.

temporalium] om. Vulg. Vertr. Sciopp.

tinet, cum partes sint quatuor, temporum, personarum, generum, divisionum, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

54. Primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant Legi, Lego, Legam et sic similiter alia; nam quae sint ut Legi perfectum significare, duo reliqua Legam et Lego inchoatum, iniuria reprehendunt. Nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum quod sumptum est, per tempora traduci

temporum] *tempora* Havn. Edit. princ. vet.
reprehendunt] *repraehendunt* Flor. — *reprendunt* Edit. princ. vetust.

C a p. LIV.

cum dicant] *cum dicat* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
legi lego] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *lego legi* reliqui.
legam] *legebam* Ald. Basil. Paris. Gryph.
sic similiter alia] nos ex Havn. in quo *si similiter alia* legitur; fort. primum vocab. delendum. — *sic mille alia* Augustin. marg. ex coniectura, Vertr. Sciopp. — *sic simile alia* ceteri omnes.
nam quae sint] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *nam quae sunt* ceteri.
ut legi] Augustin. marg. ex coniectura, Vertr. Sciopp. — *ut legerem* Flor. Havn. — *ut legerim* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *ut legeram* ceteri.
perfectum] *perfectam* Flor. Havn. Edit. princ. vet.
legam et lego] Vulg. Vertr. Sciopp. — *lego et legam et lego* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *lego et legebam et legam* Ald. Basil. Par. Gryph. — Fort. *lego et legam.*
inchoatum] Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *inchoatam* veteres omnes.
iniuria] *iniuriam* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
reprehendunt] *repraehendunt* Flor. Edit. princ.
et ex divisione] *ex* om. Vulg. Vertran. Sciopp.

potest, ut Discebam, Disco, Discam et eadem perfecti, sic Didiceram, Didici, Didicero.

55. Ex quo licet scire verborum rationem constare, sed eos qui trium temporum verba pronuntiare velint, inscienter id facere; idem illos, qui reprehendunt quod dicamus Amor, Amabor, Amatus sum; non enim debuisse in una serie unum verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. Neque ex divisione si uniusmodi ponas verba, discrepant interse; nam infecta omnia simplicia similia sunt et perfecta duplicia inter se paria in omnibus verbis ut haec, Amabar, Amor, Amabor, Amatus ero. Quare item male dicunt Ferio, Feriam, Percussi, quod est ordo; Feriam, Ferio, Feriebam: et item

ut] *et* Havn.
discebam] *discedam* Edit. princ. vetust.

C a p. LV.

rationem constare] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ratione constare* veteres libri omnes.
eos qui trium] *eos per trium* Edit. princ. vet. — *eos qui tritum* Havn.
id facere] *id facere scire licet* Vulg. Vertr. Sciopp.
idem illos] *item illos* Vulg. Vertran. Sciopp.
quod dicamus] Flor. Havn. — *quod dicimus* ceteri.
unum verbum] *verborum* Havn.
cum] om. Havn.
divisione, si uniusmodi ponas] omnes veteres libri. — *divisione uniusmodi paene* Vulgat. Vertran. Sciopp.
duplicia] *duplitia* Edit. princ. vetust. — *et duplicia* Havn.
verbis] *verbeis* Vulg.
ut haec] Flor. Havn. — *ut hoc* Ald. Bas Par. Gryph. — *ut hic* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vertran. Sciopp. — *ut heic* Vulg.
amabar] *amabor* pr. m. Havn.
amatus ero] Fort. *amatus eram, sum, ero.*
dicunt ferio feriam] *dicunt feriam* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
feriam, ferio, feriebam] *feriam, feriebam* Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. — *percussi quod . . . et item* om. Havn.
et item] Vulg. Vertr. Sciopp.; reliqui omittunt; pro *percussi*

153 Percussi, Percutio, Percutiam: sic deinceps in reliquis temporibus reprehendenti responderi potest.

56. Similiter errant qui dicunt, ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullum in his Pungo, Pungam, Pupugi: Tundo, Tundam, Tutudi; dissimilia enim conferunt, verba infecta cum perfectis. Quod si infecta modo conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur, ut in his, Pungebam, Pungo, Pungam; et contra ex utraque parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut Pupugeram, Pupugi, Pupugero.

57. Item male conferunt Fui, Sum, Ero, quod Fui est perfectum, cuius series sibi, ut debet, in omnibus personis et formis constat, quod est Fueram, Fui, Fuero; de infectis Sum, quod nunc dicitur, olim dicebatur Esum et in omnibus personis constabat, quod

reponendum *percutiebam*, nisi hoc vestigium est aliorum temporum quae exciderant.
reliquis] *reliqueis* Vulg.

Cap. LVI.

oportere, aut nullum] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *oportere ut* Vulgat. Vertr. Sciopp.
in his] *in heis* Vulg.
pungo pungam] *pongo pugnam* Havn.
tutudi] *tutidi* Ed. princ. vet.
verba infecta] *verba infecti* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol.
cum perfectis] *cum imperfectis* Edit. princ. vet. — *cum perfecteis* Vulg.
ut in his] *ut in heis* Vulg.

Cap. LVII.

sum] *suo* Havn.
personis et formis] Vertran. Sciopp. — *personeis et formeis* Vulg. — *et formis* in omnibus veteribus libris desideratur.
de infectis] *de infecteis* Vulg.
dicitur, olim dicebatur] omnes veteres, et Augustinus in marg. — *olim* om. Vulgat. Vertr. Sciopp.
personis] *personeis* Vulg.

dicebatur, Esum, Es, Est: Eram, Eras, Erat: Ero, (122)
Eris, Erit: sic huiuscemodi cetera servare analogian videbis.

58. Etiam hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habent ternas neque tempora terna. Id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animalis omnis. Si enim natura non omnes formae verborum terna habeant tempora, ternas personas, non habeant totidem verborum divisiones; quare cum imperamus, natura quod infecta solum habet, cum et praesenti et absenti imperamus, fiunt terna, ut Lege, Legito, Legat; perfectum enim imperat nemo: contra quae sunt fatendi,

huiuscemodi] Flor. — *huiusmodi* reliqui.
analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.

Cap. LVIII.

Etiam in hoc reprehendunt] veteres libri omnes. — *Etiam hoc reprehendunt* Vulg. Vertr. Sciopp. — Flor. more suo *repraehendunt.*
uniusmodi] *huiusmodi* Havn.
animalis omnis] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris Gryph. — *animaleis omneis* Vulg. — *animanteis* Augustin. ex coniectura in margine, unde Sciopp. et Vertr. *animantes omnes.*
si enim natura] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *sic enim natura* veteres omnes.
terna habeant] *ternas habent* Havn.
non habeant totidem] *non habent totidem* Vulgat. Vertran. Sciopp.
quare cum imperamus] *quare cur imperamus* Augustinus in Emendat. Sciopp.
natura] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *naturae* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
quod infecta] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quod infectaba* Flor. — *quod infectabat* Edit. princ. vetust. — *quod affectabat* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
et absenti] Vulg. Vertr. Sciopp. — *aut absenti* reliqui omnes.
quae sunt fatendi] Vulg. (*fatendei*) Vertran. Sciopp. — *quae sunt imperandi* veteres omnes; fort.: *quae sunt indicandi.*

ut Lego, Legis, Legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti.

154 59. Quocirca non si genus cum genere discrepat, sed in suo quisque genere si quid deest, requirendum. Ad haec addita si erunt ea quae de nominativis supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic externi caput rectos casus, sic hic forma est persona eius qui loquitur, et tempus praesens, ut Scribo, Lego. Quare ut illic fit, sic hic item acciderit in formula, ut aut caput non sit, aut ex alieno genere sit proportione eadem, quae illic dicimus, cur nihilominus servetur analogia: item, sicut illic caput suum habebit, et in obliquis casibus transitio erit in aliquam formulam, qua assumpta, reliqua facilius possunt videri verba

verba infecti] *verbi infecti* pr. m. Havn.

C a p. LIX.

discrepat] *discrepant* Havn.
si quid deest, requirendum] Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *si quid est deest requirendum* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — *si quid deest, est requirendum* Paris. Gryph. — Fort. *quisque* in *quoque* mutandum aut omnino inducendum.
si erunt] *erunt* Havn.
nominativis] *nominativeis* Vulg.; et paulo post: *illeic . . heic* et sic semper.
externi caput] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *extremum caput* ceteri.
rectos] *rectus* Havn.
sic hic] *si hic* Rhol. cum Havn.
est persona] *est personas* Pius.
genere sit proportione] Flor. Rhol. — *genere fit proportione* Havn. — *genere non sit proportione* Edit. princ. vetust. — *genere sic proportione* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *genere sint proportione* Vulg. Vertr. Sciopp.
illic dicimus] Fort. *illic diximus.*
obliquis] *obliqueis* Vulg.
transitio] *translatio* Havn.
assumpta] *adsumpta* Vulg. Vertr. Sciopp.
possunt] *possint* Havn.

unde sint declinata; fit enim, ut rectus nonnunquam sit ambiguus, ut in hoc verbo Volo, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando. Itaque a Volo intellegimus et volare et velle.

60. Quidam reprehendunt, quod Pluit et Luit dicamus in praeterito et praesenti tempore, cum analogiae sui cuiusque temporis verba debeant discriminare. Falluntur; nam est ac putant aliter, quod in praeteritis U dicimus longum, Plūit, Lūit; in praesenti breve Plŭit, Lŭit; ideoque in venditionis lege fundi Ruta Caesa ita dicimus, ut U producamus.

61. Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse Sacrifico et Sacrificor, et Lavat, et Lavatur, quod (123)
sit an non, nihil commovet analogian, dum Sacrifico

rectus] *rectus casus* Havn.
ambiguus] excidisse quid censet Steph. Append. p. 150 seqq.
intellegimus] Flor. Havn. Vulg. — *intelligimus* reliqui.

C a p. LX.

ac] *ut* Havn.
in praeteritis] *in praeteriteis* Vulgat. — *in praeterito* Lipsius de rect. pron. Ling. Lat. cap. X.
longum luit, pluit] Vulg. Vertr. Sciopp. — *longum pluit luit* Lipsius loc. cit. — *longum* Havn. — *longum pluit* ceteri.
breve pluit luit] Florent. Havn. Ed. princ. vet. — *breve luit pluit* reliqui.
in venditionis lege] *lege in venditiones* Havn.
ruta caesa] *rura cesa* Ed. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II.

C a p. LXI.

sacrifico et sacrificor] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sacrificio et sacrifico* Flor. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sacrifitio et sacrifico* Edit. princ. vetust.
et lavat] Vulg. Vertr. Sciopp. — *relavat* veteres libri omnes.
commovet] *commove* Havn.
analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.
dum sacrifico qui] Augustin. in Emendat. Sciopp. — *dum sacrificii qui* Havn. — *dum sacrifici qui* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.; ita et Flor. Cod.;

qui dicat, servet sacrificabo et sic per totam formam, nec dicat Sacrificaturus aut Sacrificatus sum; haec enim inter se non conveniunt. Apud PLAUTUM cum dicit

Piscis ego credo, qui usque dum vivunt lavant,
155 *Diu minus lavari, quam haec lavat Phronesium.*

ad Lavant Lavari non convenit, ut I sit postremum, sed E: ad Lavantur analogia Lavari reddit, quod Plauti aut librarii mendum si est, non ideo analogia, sed qui

sed in *sacrifici* rubro puncto τὸ λεγόμενον *i* expunctum. — *dum sacrificat, qui* Vulg. Vertr.
servet . . dicat] om. Havn.
nec dicat] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ne dicat* veteres libri.
sacrificaturus] *sacrificandus* Vulgat. Vertran. Sciopp. — Fort. *sacrificatur.*
apud Plautum] Truculent. II, 3, 1.
piscis] *pisceis* Vulg. Vertr. Sciopp.
vivunt lavant] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *vivunt adlavant* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg Vertran. Sciopp.
Phronesium] *pronesium* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *phornesium* Havn.
ad lavant] Rhol. Augustin. in Emendat. — *adlavant* reliqui.
lavari] *lauri* Havn.
ut I sit] Havn. — *ut T sit* Flor. Ed. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ut sit* Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
sed E] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. — *sed* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *sed R* Vulg. Vertr. Sciopp.
ad lavantur] Rhol. — *adlavantur* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *ut lavantur* Vulg. Vertr. Sciopp.
analogia lavari] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *analogia adlavari* Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
reddit] *credit* Vulg. Vertr. Sciopp.
quod Plauti] Flor. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod Plau.* Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod Plautius* Ed. princ. vetust. — *quod Plautus* Venet. I. II. Pius.
aut librarii] *haut librarii* Sciopp.
mendum] Flor. Havn. Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *mendiunt* Edit. princ. vet. Venet. I. II. — *mendium* Rhol. — *mendum fuit* Vulg. Vertr.

scripsit, est reprehendendus. Omnino et Lavant et Lavantur dicitur separatim recte in rebus certis, quod puerum nutrix lavat, puer a nutrice lavatur: nos in balneis et lavamus et lavamur. Sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet, in toto corpore potius utitur Lavamur, in partibus Lavamus, quod dicimus lavo manus, sic pedes et cetera. Quare e balneis non recte dicunt Lavi, Lavi manus, recte. Sed quoniam in balneis Lavor, Lavatus sum, sequitur, ut contra quoniam est Soleo, oportet dici Solui, ut CATO et ENNIUS scribit, non ut dicit volgus, Solitus sum, debere dici; neque propter haec, quod haec quoque discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum est.

62. Item cur non sit analogia, asserunt, quod ab

lavant et lavantur] *lavant et lavatur* Edit. princ. vet. — *lavat et lavantur* Havn.
certis] *certeis* Vulg.
in balneis] *in balincis* Vulg. Vertran. Sciopp.
alterum utrum] *alterutrum* Vulgat. Vertran. Sciopp.
potius utitur] Flor. — *potius utimur* reliqui.
quare e balneis] Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *quare e valneis* Flor. — *quare et in balineis* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quare et ut in eis* Edit. princ. vetust.
lavi manus, recte] om. Sciopp. — *lavi ma manus recte* Havn.
in balneis] *in balineis* Vulgat. Vertran. Sciopp.
lavatus] *lautus* Havn.
oportet] *opportet* Ed. princ. vet.
Ennius scribit] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *Ennius scribunt* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.
volgus] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *vulgus* reliqui.
haec quoque discrepant] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *discrepant* Havn. — *hae discrepant* ceteri.
minus] *manus* Havn.
ut supra . . analogia] om. Havn.

C a p. LXII.

asserunt quod] Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

similibus similia non declinentur, ut ab Dolo et Colo; ab altero enim dicitur Dolavi, ab altero Colui. In quibus assumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut in Myrmecidis operibus minutis solet fieri. Igitur in verbis temporalibus quom similitudo saepe sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus: quae praeposita sunt, non esse similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam: quod alterum est Dolas, alterum Colis. Itaque in reliqua forma verborum suam utrumque sequitur formam.

— *asserint quod* Flor. — *efferunt quod* Ed. princ. vetust. — *adferunt quod* Vulg. Vertr. Sciopp.
ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.
non declinentur] *non declinantur* Vulgat. Vertran. Sciopp.
assumi] *assummi* Edit. princ. vetust. — *adsumi* Vulgat. Vertr. Sciopp.
facilius dicantur] Fort. *facilius videantur.*
ut in Myrmecidis] Vulg. Vertran. Sciopp. — *uti Myrmecidis* Pius. Ald. Bas. Par. Gryph. — *uti murnecidis* Florent. — *utimur me cydis* Havn. — *uti munnecidis* Edit. princ. vet. Rhol. — *uti munecidis* Venet. I. II.
minutis] *minuteis* Vulg.; item postea *verbeis.*
temporalibus] *temporibus* Havn.
quom similitudo] Vulg. — *quo similitudo* Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *cum similitudo* Vertr. Sciopp. — *cum dissimilitudo* Henr. Stephan. Append. pag. 150.
praeposita] *proposita* Havn. Sciopp.
non esse] ita correxit Vertr. probante Stephan. Append. pag. 150, a Sciopp. quoque in ordinem receptum. — *nosse* reliqui omnes.
similia intellegitur] Flor. — *similia intelligitur* Edit. princ. vet. — *similiter intelligitur* Havn. Rhol. Venet. I. II. — *similiter et intelligitur* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. — *similia intelleguntur* Vulg. Vertr. Sciopp.
transitum est] om. Havn.
in secundam personam] omnes veteres libri. — *in aliam personam* ex praecedenti Vulg. Vertr. Sciopp.
colis] *est colis* Havn.
in reliqua forma verborum] *in reliquis* Sciopp.
suam utrumque] Sciopp. — *suam uterque* ceteri omnes.

Utrum in secunda forma verborum temporale habeat 156
in extrema syllaba AS an IS, ad discernendas dissimilitudines interest: quocirca [quare] ibi potius index analogiae, quam in prima, quod ibi abstrusa est dissimilitudo, ut apparet in his Meo, Neo, Veho; ab his (124)
enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur Meas, Nes, Vehis, quorum unumquodque suas conservat similitudinis formas.

63. Analogian item de his quae appellantur participia, reprehendunt multa iniuria; nam non debent

utrum in secunda] *cum in secunda* Sciopp. Vertr. ante haec quaedam excidisse existimat.
forma verborum temporale habeat] *persona alterum verbum habet* Sciopp.
AS an IS] Flor. — *as cum is* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *AS alterum IS* Sciopp. — *AS* Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr.
ad] Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *at ad* Flor. — *at si ad* Havn. — *ae si ad* Edit. princ. vet. — *ac si ad* Vulg. Vertr. — *quod ad* Sciopp.
dissimilitudines] *similitudines* Havn.
quare] om. Havn.; natum ex praeced. *quocirca.*
index] *iudex* Havn.
abstrusa est dissimilitudo] *obtrusa est similitudo* Havn.
neo, veho] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *neo ruo* veteres libri omnes.
in his] *in heis . . heis* Vulg.
dicuntur meas, nes, vehis] Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicuntur meo. as, neo nes, ruo ruis* veteres libri omnes.
suas] *suam* Havn.
similitudinis] om. Havn.
formas] *formam* Havn.

Cap. LXIII.

analogian] Havn. — *analogiam* ceteri.
de his] *de heis* Vulg.
multa iniuria] *multi iniuria* August. in Emend. Vertr. Sciopp.
non debent] Flor. Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *non debet* ceteri.

dici terna ab singulis verbis Amaturus, Amans, Amatus, quod est ab amo, Amans et Amaturus, ab amabar Amatus. Illud analogia quod praestare debet, in suo quidque genere habet casus, ut Amatus, Amato et Amati [amatis]; et sic in mulieribus Amata et Amatae: item Amaturus eiusmodi habet declinationes, Amans paulo aliter; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia, proportione sic virilia et muliebria sunt eadem.

64. De eo, quod in priore libro extremum est, ideo non est analogia, quod qui de ea scripserint, aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant, ea cum consuetudinis discrepant verbis, utrumque . . . .

dici terna] *duci terna* Vulg. Vertr. Sciopp.
ab] Havn. — *a* ceteri.
singulis verbis] *singuleis verbeis* Vulg.
amatus . . amans] om. Havn.
quod est . . . amatus] om. Edit. princ. vetust.
et amaturus, ab amabar] Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et ab amaturus amabar* Flor. Havn. — *et amaturus ab amor* Vulg. Vertr. Sciopp.
in suo quidque] *in suo quisque* Havn. — *in suo quoque* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
et amati] Flor. Havn. — *amati* omisso *et* reliqui omnes.
amatis] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *amatie* Edit. princ. vet. — om. Vulgat. Vertr. Sciopp.
in mulieribus] puto: *in muliebribus.*
et amatae] Flor. Havn. — *et* omittunt ceteri omnes.
eiusmodi] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *eiusdem* Ed. princ. vet. — *eiusdemmodi* Rhol. Venet. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *eiusdem modi modi* Venet. I.

Cap. LXIV.

in quibus conveniant] *in quibus conveniat* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Pius. — *aut . . conveniant* om. Havn.
cum] om. Havn.
verbis] *verbeis* Vulg.
utrumque] sic omnes veteres libri. — *utcunque* Vulg. Vertr. Sciopp. — Deest apodosis, ut Henr. quoque Stephanus vidit in Append. pag. 21; inde lacunae dedimus signa.

sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores item in quibus conveniunt, scriptis si etiam repudiant natura (quod ita, ut dicitur, non sit ars, sed artifex reprehendendus, qui debet in scribendo non vidisse verum) non ideo non posse scribi verum. Qui dicit hoc Monti et hoc Fonti, cum alii dicant hoc Monte et hoc Fonte, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum: non 157
uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit, confirmat: et quemadmodam is qui [cum] peccat in his verbis, ubi duobis modis dicuntur, non tollit rationem cum sequitur falsum, sic etiam in his quae non duo-

omnis] *omnes* Vertr. Sciopp. — *omneis* Vulg.
repudiandum erit] Florent. Havn. Sciopp. — *repudiandum est* ceteri.
artis] *artes* Vertr. Sciopp. — *arteis* Vulg.
quod et in] Florent. Havn. — *quod in* reliqui omnes.
aliis multis] *aliis multeis* Vulg.
discrepant] *discrepat* Havn.
scriptis si etiam] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *scriptis etiam* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *scriptis sic etiam* Vulg. (*scripteis*) Vertr. Sciopp.
repudiant natura] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *re repudiant . nam* Vulg. et in margine: *pugnant natura.* — *repugnant naturae* Vertran. Sciopp. — Fort. *repudiant naturam.*
quod ita, ut dicitur] Florent. Havn. — *quod ita dicitur ut* Vertr. Sciopp. — *quod ita dicitur* reliqui omnes.
non ideo non] *non ideo dicendum non* vel persimile quid desiderari, bene monuit Henr. Stephan. Append. pag. 36.
posse scribi verum] *posse sciri verum* Henr. Stephan. Append. pag. 36 et 153 ut infra: *non scientiam tollit orationis.*
qui dicit] *quod quis dicit* Vertr. Sciopp.
alii dicant] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *alii dicunt* Havn. — *alia dicant* reliqui.
duobus modis] *duobus modeis* Vulg.; paulo iufra: *heis verbeis . . . modeis . . . in heis.*
cum peccat] *non peccat* Havn. — Fort. *peccat.*
quae non duobus] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *non in duobus*

bus dicuntur, si quis aliter putat dici oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

65. Quibus rebus solvi arbitraremur posse quae dicta sunt priori libro contra analogian, ut potui, brevi percucurri. Ex quibus si id confecissent, quod volunt, ut in Lingua Latina esset anomalia, tamen nihil egissent ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest; quod alia inter se, alia sunt, sicut in animalibus, dissimilia, ut equus, bos, ovis, homo, item
(125) alia: et in unoquoque horum genere inter se similia et innumerabilia. Item in piscibus dissimilis natura mu-

Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. — *duobus*, omissis *quae non* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

tollit orationis] *tollit rationis* Henric. Stephan. Append. pag. 154. Popma ad IX, 27, pag. 263 Bip.

suam inscientiam] *suam inscitiam* Vulg. Vertr.

denudat] *nudat* Vulg.

Cap. LXV.

arbitraremur] *arbitramus* Havn.

priori libro] *priore libro* Vulgat. Vertr. Sciopp.

contra analogian] Flor. — *contra analogiam* reliqui.

percucurri] *percurri* Vulgat. Vertr. Sciopp.

ut in] *ut* Havn.

nihil egissent] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *nihil legissent* reliqui omnes.

dissimilia] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *dissimilia sunt* veteres omnes; recte, verba enim *alia sunt*, nisi quaedam exciderunt, eliminanda.

ovis] *cuius* Ed. princ. vet.

alia et in unoquoque] Flor. Havn. — *et* om. reliqui omnes.

similia et innumerabilia] Flor. — *similia innumera* Scioppius. — *similia innumerabilia* reliqui omnes.

natura] Havn. — om. ceteri. — Fort. *naturae*.

raena lupo, his soleae, haec muraenae et mustellae, sic aliis, ut maior ille numerus sit similitudinum earum, quae sunt separatim in muraenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. Quare cum in declinationibus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod etiam vel maior est in quibus similitudines reperiuntur, confitendum est esse analogias. Itemque cum ea non multo minus, quam in omnibus verbis, patiatur uti consuetudo communis, fatendum illud, quodammodo analogian sequi nos debere universos, singulos autem, praeterquam in quibus verbis offensura

his soleae] *his solee* Edit. princ. vet. Rholand. — *heis soleae* Vulg. — *his solet* Havn. — Fort. *hic* vel *is soleae*.

haec murenae] Ald. Basil. Par. Gryph. — *hae murenae* Vulg. — *haec nerenae* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *heis murenae* Augustin. in Emend.; unde *his murenae* Vertr. Sciopp.

mustellae] *mustele* Edit. princ.

sic aliis] *sic alii* Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp.

muraenis] *muraeneis*, item *aselleis* Vulg. — *separatim in muraenis* om. Havn.

aliis] *alis* Havn.

cum in declinationibus] Flor. Havn. — *cum in clinationibus* Rhol. — *cum in inclinationibus* Vulg. Vertran. Sciopp. — *cum inclinationibus* reliqui.

verbis] *verbeis* Vulg. — *verbis sit* Havn.

quod etiam vel] *quod tamen vel* Sciopp.

confitendum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *conferendum* veteres libri omnes.

est] om. Havn.

itemque cum] Vulg. Vertran. Sciopp. — *item que cura* Edit. princ. vetust. — *item quae cum* Flor. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

verbis] *verbeis* Vulg. ita et supra.

illud quodammodo] Vulg. Vertr. Sciopp. — *illud quo quando* Florent. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *illud quia quando* Ald. Bas. Par. Gryph. — *illud quoquo qn̄* Havn.

analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.

singulos autem] *singulos tum* Flor. Edit. princ. vet. — hunc locum mendo non carere, Henric. Stephan. adnotat in Append. p. 98, item p. 95; exciderunt quaedam. conf. IX, 1.

sit consuetudo communis, quod, ut dixi, aliud debet praestare populus, aliud e populo singuli homines. Neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eo-
158 dem iure; nam liberius potest poeta, quam orator, sequi analogias. Quare cum hic liber id, quod pollicitus est demonstraturus, absolverit, faciam finem; proxumo deinceps de declinatorum verborum forma scribam.

singuli quoque] *singulari quoque* Havn.
demonstraturus] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *demonstraturum* ceteri.
absolverit] *absolverim* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol.
proxumo] Flor. — *proximo* reliqui.
de declinatorum] Pius. Vulg. Vertr. Sciopp. — *declaratorum* Havn. — *declinatorum* ceteri.
forma scribam] ita primus correxit Pius. — *firma scribam* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
In Codice Flor. haec adduntur: *M. Terenti Varronis De lingua latina ad Ciceronem Liber VIIII explicit. Incipit decimus.*
Edit. vet. novum incipit caput addito Titulo: *De disciplina loquendi in Verborum declinationibus.*
In Editione principe vacuum relictum est spatium, ut deesse quaedam videantur.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER DECIMUS.

1. In verborum declinationibus disciplina loquendi dis- 159
similitudinem an similitudinem sequi deberet, multi quaesierunt. Cum ab his ratio quae ab similitudine

LIBER DECIMUS.
M. Terrentii Varronis de Analogia Liber. III. Ald. Bas. Par. Gryph. — *M. Terrentii Varronis de Lingua latina liber nonus* Vulgat. Vertr. Sciopp.

Cap. I.

loquendi] *loquendei* Vulg.
dissimilitudinem] *dissilitudinem* Havn.
quaesierunt] Florent. et Henr. Stephan. in Append. pag. 1 et 40, item 74 et 95. — *quaerunt* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quaesiverunt* Ald. Basil. Paris. Gryph.
ab his ratio] *ab his non* Edit. princ. vetust. — *ab heis ratio* Vulgat.
ab similitudine] Flor. — *similitudinem* Havn. — *a similitudine* reliqui.

oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia: (de qua re primo libro, quae dicerentur, cur dissimilitudinem ducem haberi oporteret, dixi; secundo contra quae dicerentur, cur potius similitudinem con-
(126) veniret praeponi;) quarum rerum quod nec fundamenta, ut debuit, posita ab ullo, neque ordo ac natura ut res postulat explicita, ipse eius rei formam exponam. Dicam de quatuor rebus, quae continentur declinationibus verborum, quid sit simile ac dissimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid proportio quod dicunt ἀνάλογον, quid consuetudo: quae explicatae declara-

oriretur] *oritur* Stephan. Append. pag. 40.
vocaretur] *vocaret* Edit. princ. vet.
pars] *pari* Havn.
appellaretur] *appellatur* Havn.
primo libro] *libro primo* Havn.
ducem haberi] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ducem habere* Vulg. Vertran. Sciopp.
oporteret] *oportere* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
dicerentur] *dicentur* Havn.
similitudinem conveniret] *dissimilitudinem conveniret* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.
fundamenta] *fondamenta* Havn.
ut debuit] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut debite* Havn. — *ut debita* ceteri omnes.
explicita] Flor. — *explicata* reliqui omnes.
continentur] *continent* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
λόγον] *logon* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
quid proportio] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *qui proportione* Edit. princ. vetust. — *quid proportione* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quod dicunt] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quid dicunt* reliqui omnes. — Hoc si verum, etiam supra *quem appellant* legendum videtur.
ἀνάλογον] Vulg. Vertran. Sciopp. — *anologon* Ed. princ. vet. — *analogon* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. — *ἀναλογίαν* Ald. Basil. Paris. Gryph.

bunt analogian et anomaliam, unde sit, quid sit, cuiusmodi sit.

2. De similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem verborum. Simile 160
est, quod res plerasque videtur habere easdem, quas illud cuiusque simile. Dissimile est, quod videtur esse contrarium huius. Minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur dissimile, quin addatur, quoius sit dissimile. Sic dicitur similis homo homini, equus equo, et dissimilis homo equo; nam simile est homo homini, ideo quod easdem figuras membrorum habent, quae eos dividunt ab reliquorum animalium specie: in ipsis hominibus simili de causa vir viro similior, quam vir mulieri, quod pluris

analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.
anomaliam] Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *anomalia* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — Fort. *anomalian*.

C a p. II.

fundamentum] *fondamentum* Havn.
rationem verborum] Flor. Havn. — *rationes verborum* reliqui omnes.
videtur habere] *habere videtur* Havn.
illud cuiusque simile] *illud cuius est simile* August. in Emendat. Vertr. Sciopp.
contrarium] om. Edit. princ. vet.
item dissimile . . simile] om. Havn.
alicuius] *aliquid* Havn.
quoius sit] Flor. Havn. — *quoius id sit* Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod id sit* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
nam simile est] *nam similis est* Vulgat. Vertr. Sciopp.
ab reliquorum] *ab aliquorum* Edit. princ. vet.
in ipsis] *in ipseis* Vulg.
vir viro] *viro vir* Havn.
pluris] Havn. — *plures* ceteri. — Fort. *habet.*

habent easdem partis, et sic senior seni similior, quam puero. Eo porro similiores sunt, qui facie quoque paene eadem, habitu corporis simili. Itaque qui plura habent eadem, dicuntur similiores: qui proxume accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini, simillimi. Sunt qui tris naturas rerum putant esse simile, dissimile, neutrum, quod alias vocent non simile, alias non dissimile. Sed quamvis tria sint simile, dissimile, neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcunque conferas, aut simile esse, aut non esse; simile esse et dissimile, si videatur esse, ut dixi: neutrum, si in neutram partem praeponderet, ut si duae res quae conferuntur, vicenas habent partes,

easdem partis] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *easdem partes* reliqui.
et sic senior seni] *q. V. C. et sic senis seni* Sciopp. in margine; et ita Augustin. in marg.
quam puero] *qui puro* Havn.
eo porro] *et porro* Edit. princ. vet.
habitu corporis simili] Vulg. Vertran. Sciopp. — *habitu corporis filio* Edit. princ. vet. — *habitu corporis filo* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
proxume] Havn. — *proxime* ceteri.
habeant] *habent* Havn.
tris naturas] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *treis naturas* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
putant] Havn. — *putent* ceteri.
quod alias] Flor. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod aliis* Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *quod alias . . . neutrum* om. Havn.
vocent] *vocetur* Vulg. Vertr. Sciopp.
alias] ut supra, eadem varietas.
partes] *parteis* Vulg. Vertr. Sciopp.
conferas] *comferas* Havn.
et dissimile] *aut dissimile* Sciopp.
in neutram] *contra neutram* Havn.
vicenas] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *vicinas* reliqui.
partes] *parteis* Vulg. Vertr. Sciopp.

et in his denas habeant easdem, denas alias ad similitudinem et dissimilitudinem aeque animadvertendas.
Hanc naturam plerique subiiciunt sub dissimilitudinis (127)
nomen. Quare quoniam fit, ut potius de vocabulo
quam de re controversia esse videatur, illud est potius 161
haud dubie praeferendam; negatione enim adjectivo subiecta, nec latius a priori οὐ distante maior inest sententiae vis; minor illa post verbum εἰπεῖν posita. Illorum auctoritati accedit Demetrius περὶ ἑρμην. §. 265. pag. 138 Fisch. ubi vulgo:

καθάπερ Δημοσθένης. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι δὲ οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν· οὗτος δὲ . .

restituendum ex duobus codicibus quorum lectiones cum aliis penes me sunt, (alter autem est pervetustus) δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν. In Platonis loco Codex noster cum Putschio οὐδὲ εἷς.

Pag. 174.

Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν: Οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

Vulgo legebatur in Isocrate γνώμην; Bekkerus γνῶσιν dedit; Codex Monac. διάνοιαν servat, idem αἰσθήσει et σαυτόν. Denuo laudatur Prisciano hic locus pag. 191. Ἰσοκράτης παραινετίκῳ· Οὕτω . . . ποιήσεις ubi Cod. Monac. haec tantum praebet: *ΚΑΙΤΑΥΤΗΙΚωΝ ΔΙΑΝΟΙΑΝ Α. ΙCΕΝCΕΙ ΚΑΙ CΑΥΤΟΝ* κ. τ. λ. Vides igitur Priscianum vel graecos grammaticos legisse διάνοιαν, quod alteri lectioni quae ex glossemate fluxit praeferendum puto.

Pag. 91.

Codex noster omissa praepositione: *Isocrates Πανηγυρικῷ.* Idem corrupte legit ἀεστερεημένου et συνηκολούθησεν. Praecedit locus ex Terentio: *Idem in eadem: Adeon' ad eum? In eadem: Ad te advenio.* Verba ubi legantur, non notavit Editor. Laudantur supra quaedam ex Eunucho; at frustra in illa quaesiveris fabula verba *Adeon' ad eum*; Scribendum, et ita dilucide in Codice nostro scriptum, *Idem in Andria* in cuius fabulae IV, 1, 15. leguntur:

Sed quid agam? adeamne ad eum et cum eo injuriam hanc expostulem?

ita enim in suo Terentii codice legit Prisc., nec librariorum mendum est; etiam pag. 250 *adeone* laudat.

Pag. 257.

Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης. Κατὰ πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς.

Quod Krehlius dicit, se ex Codice Monacensi κατὰ πάντα τρόπον edidisse, merum est mendacium, ne iniquius quid dicam; ille enim liber ita exhibet *ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑC ΤΡΟΠωΙC ΤΕΤΑΛΑΙΠωΡΕΡΕ ΗΜΑC*; etiam Bekkerus ex codicibus suis edidit πάντας τρόπους. Supra quod legitur pag. 256:

Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ· Ἄλλως τε ὅταν καὶ μηδὲν σαυτῷ συνοίδῃς ἐξαμαρτάνων.

recte vulgo Φιλίππῳ. Noster Codex τ' ὅταν, deinde *CΑΥΤΟΥ CΥΝΕΙΔΕΙC.* optime hoc est συνειδῇς, ut et Bekkerus scripsit; an ex scriptis libris nescio; Isocratis Codices συνίδῃς; συνειδῇς correxit iam Matthiae Gram. graec. pag. 315. Idem Codex Monac. μηδέ.

Pag. 201.

Attici ἐμποδίζω ἐκεῖνον. Ἰσοκράτης πρὸς Ἀντίπατρον: Ἔτι δὲ καὶ τόσῳ μᾶλλον εὔκρινες ὄν· ἀλλ' ἔχων ἀνάστασιν ἐνόμιζεν ἐμποδιεῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων.

Ridiculus error, notat Krehlius, *sive Prisciani sive librariorum*, vulgo nempe illa epistola Philippi nomini inscripta legebatur. Bekk. ex codd. scripsit Ἰσοκράτης Ἀντιπάτρῳ et vide, in optimi codicis *Γ* marg. notatum quod apud Priscianum exstat: Ἰσοκράτης πρὸς Ἀντίπατρον. Verba corrupta sunt et ex auctore restituenda. In lemmate codex noster: *ΕΜΠΟΔΙΞΕΙΝ ΗΝΑC ΚΑΙ ΗΝ*, i. e. ἡμᾶς καὶ ἡμῖν.

Pag. 191.

Isocrates Panegyrico: οὐκ ἀμνημονῶν οὔτε ἐκείνων. Demosthenes etc.

Locum non inveni in illa oratione, neque Krehlius quidquam ubi verba legantur monuit. Accedit sententiam non esse plenam; alterum enim οὔτε desideratur, qui laudandi mos Prisciani non est. Codex Monac. εκεινω. Sed alius huius verbi locus ibi legitur §. 75. Bekk. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν πρὸ ἡμῶν πρὸ τοῦ πολέμου τούτου γενομένων καὶ

δυναστευσάντων ἐν ἑκατέρᾳ τῶν πολέοιν δίκαιον ἀμνημονεῖν. Videndum igitur ne hic fortasse a Prisciano laudatus exciderit, et illa verba alius nescio cuius scriptoris sint fragmentum.

Pag. 270.

Illi χάριν ἔχω σοι καὶ οἶδα σοι Δημοσθένης [ἐν τῷ om. Cod. Mon.] περὶ στεφάνου . . . . Ἰσοκράτης Ἑλένης ἐγκωμίῳ: Πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προστάττουσιν.

Deest igitur exemplum phrasis οἶδά σοι et excidisse credas. Sed Cod. Monac. in Isocratis loco pro ἔχοντες dilucide exhibet *ЄΙΔΟΤЄϹ*; hodie in auctore exstat ἔχοντες, illo solemnius, nec Bekkerus ex libris suis varietatem dedit. Utique χάριν εἰδότες Prisciani auctoritate reponendum.

Pag. 177.

Similiter Attici: ἀπολαύω τούτου καὶ ἀπὸ τούτου καὶ τοῦτο. Ἀριστοφάνης· Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης· Καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν. *Idem in sequentibus* . . . . ἀπέλαυον. *Illi* βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.

Aristophanis locus deest in Codd. et apud Putschium, et ab Veneto editore cum plurimis insertus est. Videtur quidem desiderari locus in quo ἀπέλαυσα legebatur; Codex enim Monac. in lemmate *ΑΠΗΛΑΥϹΑ ΤΟΥΤΟΥ* etc.; sed cum tria adsint ad quamque firmandam phrasin exempla nihil excidisse puto. Codex Monacensis in Isocratis verbis eadem repetens: καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν *ΑΠΟΛΑΥωϹΙΝ ωΝ ΑΝΑ. ΑΒΟϹΙΝ ΟΝ ΑΝΑ. ΑΒΟϹΙΝ* *In sequentibus vero idem* . . . ἀπόλαυον *illi ait ΟϹΤЄΡΟΥ ΜЄΝ ΟϹ ΤΟΥΤΟ ΚΑΙ ΤΟΥ.* Putschius in extremis *Illi* ἀποστερούμενος τοῦτο καὶ τούτου. Videntur plura deesse.

Pag. 174. Isaei locum in Aldina exhiberi notat Krehlius: Ἰσαῖος· Τὰ δὲ τοιούτων δὴ μαρτυριῶν οἱ δικάζοντες, τὰ μὲν αὐτοὶ συνειδότες ὅτι ὑγίαινεν ὁ παῖς τῶν ἑωρακότων αἰσθανόμενοι, τὰ δὲ ἀκοῇ πυνθανόμενοι. Non inveni Isaei

pervolutans orationes haec verba; quod si revera ibi non exstant, Aldinus editor nisi ex scripto libro aliunde sumere non poterat.

Pag. 194.

Illi ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι τῇ πόλει.

Ita Krehlius scripsit. Editt. Ald. Bas. Colon. Putsch. addunt: *Hyperides* ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους, quae ut spuria editor induxit; praeponenda enim erant graecis vocibus, quibus non sententiam scriptoris, sed formulam grammaticam contineri putat. At quomodo illa verba et deperditae orationis nomen illata sint, tacet. Codex Mon. ἄξιοι μισεῖσθαι τῇ πόλει. *Hyperides* ἐν τῷ κατὰ *ΠΑϹΙΚΛЄΟΥ.* Excidit Hyperidis locus et signa lacunae apponenda sunt. Lemma propositum fort. auctoris cuiusdam est; saepius enim ut postea videbimus ita tacite laudat Priscianus. Xenoph. Memor. II, 3, 6, διὰ τοῦτο γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες ἄξιόν ἐστι ἐμοὶ μισεῖν αὐτόν ut recte nunc pro ἐμὲ editum. Ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι, sine dativo τῇ πόλει legitur apud Aesch. κατὰ Κτησ. §. 99. pag. 414 Bkk. Pag. 229 Cod. Monac. Ὑπερείδης Δηλιακοῦ· Ἐνταυθοῖ . . .

Pag. 242.

Attici περὶ τόσους καὶ περὶ τόσοις. Θεόπομπος Φιλιππικῶν Θ· τὸ μὲν μῆκος περὶ τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους. *Lycurgus* ἐν τῷ περὶ ἱερείας· Ὡς περὶ εἴκοσιν ἀνθρώπους.

Dativi desideratur exemplum, quod Cod. Monac. praestat, in Lycurgo exhibens . . περὶ τῆς ἱερείας . . ἀνθρώποις. Idem codex pro Θ habet *VIIII*, omisso τοὺς, et pro μῆκος ibi exaratum *ЄΚΟϹ.*

Pag. 194.

Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Καὶ ὁ μηδέποτε τοὺς πολεμίους ἀντιβλέψας.

Locus Aeschinis a Krehlio non notatus. Codex Monac. *ΚΑΙ ΟΜΗΔЄΠωΙΤΟΤЄ ΜЄ ΤЄ ΤΟΙϹ ΙΤΟΛЄΜΦΥϹ ΑΝΤΙΒΛЄΨΑϹ.* Exciderunt quaedam, quae in oratione leguntur §. 151. pag. 432 Bkk. καὶ γράψειν ἔφη ψήφισμα ὁ τοῖς πολεμίοις οὐδέποτ' ἀντιβλέψας; codices quidam apud

Bekkerum *οὐδεπώποτε*; sed cave credas Prisciani esse errorem *μηδεπώποτε μήτε*, haec enim vestigia sunt loci qui intercidit. Praecedunt: ***Prospicio illum et illi*** et utramque structuram Graecis quoque esse docere vult, unde accusativi exemplum laudatum fuisse necesse est. Pag. 177. in verbis *ἀλλότριον τι πρᾶγμα* codex noster *τι* omittit elisum sequente *π*. conf. Schaefer Melet. pag. 12.

Pag. 252.

> ***Illi*** *προςγελᾷ με καὶ προςγελᾷ μοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος· Ὁ μὲν Ἀμύντας προσγελῶν τοῖς φωκικοῖς ξένοις·*

ita Putschius et Krehlius qui Monac. cod. *ONYN ΠΑΝΤΑC* praestare monet. Idem quod ibi neglectum *ΞЄΝΟ* unde quaedam desiderari conjicias. Verba ubi legantur Krehlium fugit; vid. §. 87, pag. 410. *ὅ τ᾽ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ταυροσθένης ὁ νυνὶ πάντας δεξιούμενος καὶ προςγελῶν, τοὺς φωκικοὺς ξένους διαβιβάσας ἦλθον ἐφ᾽ ἡμᾶς ὡς ἀναιρήσοντες.* Omisit igitur Priscianus verba *δεξιούμενος καὶ*, quae in tribus Bekkeri cod. melioris notae ***e k l***, item desiderantur, nata ex glossemate verbi *προςγελῶν*. Huiusmodi loca dignitatem codicum ut recte cognoscas quam maxime faciunt.

Pag. 244.

> ***Similiter*** *πλείους ἑνὸς καὶ πλείους εἷς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Εἴ που εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνός ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. Δημοσθένης πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει· οὐ πλείους ἢ τριάκοντα.*

Loca ex auctoribus restituit Krehlius; alter legitur §. 38. pag. 392. Bkk.; ille Demosthenis pag. 1302 R. Sed in Prisciano vix omnia sunt sana; nam in priori Cod. Mon. et Putsch. omisso *ἑνὸς* exhibent *πράξεως εἷς*, quod in nullo codicum Aeschinis inventum. Deinde Cod. Mon. *Δημοσθένης **quoque** ἐν τῇ πρὸς* . . At quid hic locus ad lemma propositum nisi addideris *καὶ πλείους ἢ εἷς*? et desideratur quod Priscianus pollicitus est, exemplum ubi *πλείους εἷς* legitur. Quare vera videatur codicis lectio in Aeschine, nisi e Scylla in Charybdim incurramus; tum enim primum deest *πλείους ἑνός*, ut post *πράξεως* locum

excidisse cuius ultimum supersit vocabulum . . . *εἷς* adducar. Nam mirum illud *πλείους εἷς* ex Prisciani manu fluxisse, latina ostendunt exempla his subiecta.

Pag. 69.

> ***Demosthenes*** *καὶ ἀφεικότα τοῦτον ἐμαυτὸν* ***pro*** *ἐμέ.*

Ita Putsch. et Krehlius; Cod. Mon. et Tegerns. *καὶ ἀφικοτα* ***pro*** *ἐμέ.* Locus exstat in oratione *πρὸς Πανταίνετον* ab initio: *οὐκ οἰόμενος δεῖν ἀφεῖσθαι τοῦ δικαίου τούτου, οὐδ᾽ ἐπειδὰν ἐξελέγξω πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καὶ ἀφεικότα τοῦτον ἐμαυτὸν καὶ ἀπηλλαγμένον κ. τ. λ.* Ex eadem oratione locus laudatur pag. 256. ubi pro *τινὰς ἂν* Codex Mon. *τινὰ κἄν*; prius in Bekk. cod. ***r*** legitur.

Pag. 196.

> ***Attici*** *ἐκαθῆντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ*

Sunt Demosthenis verba, ex oratione *περὶ στεφ.* pag. 235 R. *οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι κάθηντο* [Cod. August. I. cum Prisc. *ἐκαθῆντο*] *ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας.* Verba *ἐν Μακ.* postposita sive Prisciani negligentia, sive ex codicis sui auctoritate. Iterum tacite Demosthenem laudat pag. 224.: *Ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς*, ***deest plagas***, hausta ex oratione *περὶ τῆς παραπρ.* pag. 403 R.

Pag. 250.

> *Δημοσθένης κατὰ τοῦ Αἰσχίνου· Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρχονται.*

Recte cod. Monac. *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους*; verba leguntur in orat. *περὶ τῆς παραπρ.* §. 2. Bkk. Item pag. 254. *Δημοσθένης* [*περὶ τῆς* om. Cod. Mon.] *παραπρεσβείας· τοῖς δὲ πρὸς ὑμᾶς ζώουσιν.* Codex noster *ZOCIN*, i. e. *ζῶσιν*; haec leguntur pag. 411 R. §. 226.

Pag. 211.

> *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν οἷς μὲν ἐχθρὸς εἴκοι φίλον αὐτὸν γεγενημένον, οἷς δὲ φίλος τοὐναντίον.*

Locus exstat pag. 237 R. non 432. *δυεῖν* ex Monac. dedisse affirmat Krehlius pro vulgato *δυοῖν*, et ita Bekkeri ***k***; at Monac. neque *δυεῖν* neque *δυοῖν* habet, sed *ΔΥΙΝ*

media littera omissa. Quid et unde illud *εἴκοι*, tacet editor: Putschius *ἥκοι*; Cod. Mon. ut Demosthenis libri aperte *ἥκει* praebet.

Pag. 243.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Οὔτε πιστεύειν ἐβουλήθη πάθη ἃ οὗτος ἀπήγγελλεν.

Cod. Mon. *ἐν τῷ* omittit; idem pro inani isto *ἐβουλήθη πάθη* habet *ЄΒΟΥΛЄϹϹЄ ΠΑΝΗ*, id est *ἐβούλεσθε πλὴν.*

Pag. 174.

Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον ὄντα οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε.

ὄντα deest in Demosth. libris; Prisciano idem locus laudatur pag. 192. ubi editt. illud omittunt, sed in utroque exhibet Codex Monac. ut Priscianum vel grammaticos *τοῦτον ὄντα οἷον* legisse non sit dubitandum. Priori in loco deest in codice *που*; posteriore vulgo *ἡμῖν* contra codicum auctoritatem. Monac. utrobique *μὲν εἴστε*. Locus ex oratione de corona pag. 181. Krehl. legitur vulgo sic: *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· τῆς δὲ πομπείας ταύτης ἀναίδην οὑτωσὶ γεγενημένης, ὕστερον, ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν, μνησθήσομαι.*

Leguntur haec pag. 229 R. Codex Monac. *ταυτησὶ*

et *ΑΝΑΥδΝΝ* (ι supra scriptum); sed idem *οὑτωσὶ* cum optimis Bekkeri libris, deinde *γεγενημένης*, et in fine *ἀκούειν* omittit, ut illa, Prisciano ignota ex vulgato Demosthenis contextu illata esse planum sit. Alius exstat pag. 86.: *Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς.*

Codex Monac. . . . *τῷ ΚΑΤΑΚΤΙΦωΝΤΟϹ ΟΔΝΜΟϹ ἐν αὐτοῖς τοῖς φοβεροῖς καὶ δεινοῖς ἐμβεβηκώς.* Tota sententia haec est pag. 309 R.

μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ δῆμος εἰδὼς καὶ ἑωρακὼς πάντα ὅσα ἔπραττον ἐγώ, ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς κ. τ. λ.

ubi Bekkeri codd. *Υ. p. r.* cum Prisciano *φοβεροῖς καὶ δεινοῖς.*

Pag. 178.

Δημοσθένης Φιλιππικοῖς· Ἐγὼ μὲν γὰρ [οὐκ ἂν] ἡγοῦμαι Φίλιππον οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἂν εἰ νῦν ἀπεγίνωσκε Θηβαίους, τοῖς ἐκείνων συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι.

Variant Demosthenis libri; alii enim *οὐκ ἂν ἡγοῦμαι* quod Schaefero pag. 419. verum videtur, alii *οὐδ' ἂν ἡγοῦμαι*, quod Bekkerus recepit. Codex Bavaricus et qui ubique cum hoc consentit, ut alterum ex altero, aut utrumque ex eodem descriptum esse codice certus esse possis, Bekkeri Marci. *F*, item Paris. apud Augerum *ἡγοῦμαι οὐκ ἄν.* Quae varietas de veritate verborum ut dubitemus nos movet. Omnino Prisciani auctoritate delenda sunt *οὐκ ἄν*; desiderantur enim in Codice Monac. et maior iam sententiae inest vis; ne vero librarii negligentia illud accidisse censeas, vid. pag. 196. ubi idem Demosthenis locus laudatur; omissa et illo loco *οὐκ ἂν* in Codice nostro nec in Putschii editione invenias. Krehlius nihil neque de sua, neque de Putschii lectione monens, posteriore loco, nescio quo auctore, *οὐδ' ἂν ἡγοῦμαι* scripsit.

Pag. 174.

Δημοσθένης Φιλιππικῶν Γ. Ὅταν τὲ εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω.

Sic Krehlius tacite scripsit, ut pag. 191. ubi idem laudatur locus, Cod. Monac. Putschius exhibent; hic vero Cod. Monac. item Putschius *πρὸς τὰ . . πρὸς τοὺς* praebent, quae eadem varietas etiam in Demosth. libris apparet. Vitiose Cod. Monac. *ὅταν δὲ.*

Pag. 268.

Demosthenes pro Ctesiphonte: *Καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος.* ***Idem in Philippicis:*** *Ὑφ' ἑαυτὸν ποιούμενος.* ***Et nostri: sub imperio et sub imperium suum facit gentes.***

Cod. Monac. et Putschius utroque in loco *ὑφ' ἑαυτόν*; Krehlius priore *ἑαυτῷ* scripsit, altero accusativum reliquit. Legitur hic in Philipp. IV, §. 10. Bkk. *τὰ δ' ὑφ' αὑτῷ ποιούμενος Φίλιππος, εἰ μή τις αὐτὸν κωλύσει.* Latinorum ordini si fides tribuenda, recte editor verba

restituit. Mire tamen haec a praecedentibus pag. 265. ubi de vi et usu praepositionis ὑπὸ disputatur, divulsa ut vix suo posita esse loco tibi persuadeas. Paulo supra pag. 266. in Philipp. I. principio vulgo . . προὐτίθετο Ἀθηναῖοι σκοπεῖν pro quo Demosth. libri προὐτίθετο ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λέγειν. Codex Monac. προὐτίθετ᾽ ὦ Ἀθ. σκ. Illud σκοπεῖν haud scio an invitis omnibus oratoris libris Demosthenis sit reddendum. Paulo post vitiose legitur in edit. Krehl. εἰρήκασι οὗτοι, omissa littera ν. Ibidem ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην χώραν ἔχων αὐτοῖς ὁ βασιλεύς· de suo dedit editor articulum qui et apud Putsch. et in cod. Mon. et in omnibus Demosthenis desideratur libris; ὑπήκουε servatur et nostro codici idque optimo jure quo res non cito praeteriens significetur.

Pag. 239.

> *Πανταχοῦ tam in loco qnam per omnes partes significat. Demosthenes Philippicarum III;* Τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπωμεν πρεσβεῖς πανταχοῦ: *ad locum. Et Philippicarum IV:* Οὐ τυραννίδων ἢ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες κεκρατήκασι πανταχοῦ: *quod est in loco.*

Haec Krehlius edidit ex Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Ald. etc.; sed delenda priora ab Veneto editore intrusa et quae Putschius primus dedit ex codicibus, reddenda:

> . . . *Demosthenes Philippicarum IV.* καὶ κύκλῳ καὶ πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται πανταχοῦ; *ad locum. Demosthenes* πρὸς Ἀρτάβαζον: Καὶ πανταχοῦ ἢ ἄλλως οἴχεται. *Idem in Philippicis:* Τῆς ἐκείνων προαιρέσεως οὐ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιχειροῦντες κεκρατήκασι πανταχοῦ . . .

quae eadem in Codice exstant Monac. Demosth. libri καὶ κύκλῳ πανταχῇ. Bekkeri cod. *Υ* et corr. *F* κύκλῳ καὶ; Priscianus utrumque coniunctum invenit. Deinde distinguendum: *Πανταχοῦ ad locum: Demosthenes:* Πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῦ μᾶλλον οἴχεται; leguntur verba Philip. I. pag. 46. fine, ubi Bekkerus ex optimo *Σ* πανταχοῖ edidit; alterum aperte legit Priscianus; praebet qui-

dem Codex noster in sequentis exempli fine πανταχοῖ loco πανταχοῦ, sed vitium librarii est; et si hic dedisset grammaticus πανταχοῖ, id lemmati erat affigendum; at tum omnino vocis πανταχοῦ desiderantur exempla. In postremo mirum Krehlium οὐ reliquisse, quod nexui contrarium est. Apud Demosthenem, ut in cod. Monac. οἱ. Priora interpolata esse cum in Veneta editione 1492, utriusque loci verba omissa sunt, apparet; sic enim ibi: *Demosthenes Philipp. G. et Philipp. G.* Inde alius editor quae in Demosthenis orationibus reperit, supplevit et forte accidit ut alterum locum eundem quem Priscianus dederit, laudaret, cuius rei vestigium et hoc esse puto quod editt. cum Demosthenis libris ἐπιθυμοῦντες, non quod grammatici codices, ἐπιχειροῦντες praestant. Demosthenis locus ab editoribus inculcatus erat pag. 263.

> *Demosthenes Philippicarum IV.* Μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις [τόκοις] μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες. *Et nostri frequenter hac figura utuntur: quemadmodum dicis, sic facio, pro: ut dicis, sic facio.*

idem locus occurrit supra pag. 233.

> τὸν αὐτὸν τρόπον . . . Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῶν· Μὴ τὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι· ἀντὶ τοῦ· ὅνπερ.

In priore loco Priscianus aut falsus est, aut ὥσπερ legit, non ὅνπερ [Cod. Monac. *OHITЄP*]. Idem omittit optime τόκοις quod Krehlius ex Demosth. libris uncis inclusit; est enim ex glossemate importune natum, cum hoc μεγάλοις μικρὸν quae arctissime cohaerent, disjungantur, quo eiecto concinne in seqq. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν [sic enim Cod. Mon. et Putsch.] ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν. Hunc locum Priscianus, ut structuram τὸν αὐτὸν τρόπον . . . οὕτω demonstraret, alterum ut τὸν αὐτὸν πρόπον ὥσπερ firmaret laudavit. Sed in Veneta editione alius apparet ex Philipp. I. pag. 51. R. *Demost. Phil.* IIII καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατη-

γὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους ἡγεῖ. (sic.) Nullum neque in Codd. neque apud Putschium vestigium reperitur horum; Krehlius quoque neglexit, sed alium invenit in editionibus suis aperte interpolatum ex Philipp. I., pag. 46 R. *ὥσπερ τοὺς πεζούς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους;* etenim qui haec inseruit, quid Priscianus voluerit ne intellexit quidem. Exempla locutionis vide ap. Schaeferum ad Demosth. tom. I. pag. 409. 498. 572. Bekkerum miror, qui in Isocratis Paneg. cap. 4. *αὐτόχθονες ὄντες καὶ τοῖς ὀνόμασι τοῖς αὐτοῖς ὥσπερ τοὺς οἰκειοτάτους τὴν πόλιν ἔχοντες προςειπεῖν* ex conjectura cum aliis *οἷσπερ* posuerit.

Pag. 185.

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν· Ὑπὲρ δὲ δόξης οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν.

Sic et apud Putschium; Cod. Mon. *δὲ* omittit, idem *ποτὲ*, ut pag. 206. ubi idem laudatur locus plenior, legitur:

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν· Πάντα ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσαν, περὶ δὲ δόξης οὐδένα ποτε κίνδυνον ἐξέστησαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προςαναλίσκοντες ἐτέλουν.

quibus Putschius praemisit, quae et in Codice Monac.: *Χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστά ποτε κτησάμενοι πάντα* . . idem codex recte cum Demosthenis libris ut supra *ὑπὲρ δὲ δόξης*; in fine Putschius *ἐθέλουν*, Krehl. *ἐτέλουν*, Demosth. libri *διετέλουν*, Prisciani cod. Monac. *ἐςετέλουν*. Alia ex hac oratione laudantur pag. 182.

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος.

ita cum Prisciano Bekkeri codex *K*; ceteri *δήπου ὁ Λεύκων.*

Pag. 215.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Εἰ μὲν οὖν παρανόμων ἢ παραπρεσβείας ἢ τινος ἄλλης τοιαύτης αἰτίας ἔμελλον αὐτοῦ κατηγορεῖν·

Cod. Monac. *H* pro *εἰ*, item *ΑΛΛΑΗ* pro *ἄλλης*, sed recte cum Demosthenis libris *ἤμελλον* servat.

Pag. 253.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Προσέχετε τὸν νοῦν ἀναγινωσκομένοις τοῖς νόμοις.

Locus exstat pag. 706. R. insertis verbis *ὦ ἄνδρες δικαςαί.* Codex vero Monac. habet: *προσέχετε οὖν τὸν* . . .

Pag. 70.

Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα· Οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων. ***Idem*** *ἐν τῷ πρὸς Καλλικλέα· Τὸ μὲν γὰρ χωρίον ὁμολογεῖται καὶ παρ᾽ αὐτῶν τούτων ἡμέτερον ἴδιον εἶναι.*

Plura Putschius priore in loco dedit: *Περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήθητε Περικλέα ἢ οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν. ὅτι περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια ἢ τὰ ὑμέτερα.* Mirum Krehlium Putschium non secutum esse cum hunc ubique a codicibus stare bene noverit. Quidni duo loca, si ad rem probandam apprime faciunt, ex eadem oratione Priscianus excitaverit? Eadem leguntur in codice Monac. cuius scripturam ne editori dubium supersit, cum fide notabimus:

Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς ΠΕΡΙ.ΚΛΕΑ οὐ περὶ ΤΟΝ ЄΜΟΝ ΙΔΙΟΝ ΜΑΛΛΟΝ ΤΙΜωΡΝCЄ ΠЄΡΙ-
† ΥΠЄΡΥΛΛΟΝ
ΚΛЄΛ ΝΟΥΧ † ΥΤωΝ. ΟΠ ΤΕΣΙ ΤΙΛЄΙΟΝΟ CЄΤΙ ΟΙΝC ΑΜЄΝ ΤΛЄΜΟΥΤΟΥ ΔΙΑ ΝΤΑΥ ΜЄΤЄΡΑ ЄΝ ΔЄ ΠΡΟC ΚΑΛΝΛΛЄΛ ΠЄΡΙ ΧωΡΙΟΥ ΒΛΑΒΗC ΤΟΜΕΝ ΓΑΡ ΧωΡΙΟΝ ὁμολογεῖται καὶ παρ᾽ αὐτῶν τούτων ἡμέτερον ἴδιον εἶναι.

Vides vetusto codice quae Putschius et ex parte vett. iam editt. dederant firmari; modo ne credas alterum orationis in Polycl. locum nulla apposita nota a Prisciano priori adiunctum fuisse. Scripsit enim post verba *ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν*, ut diversum esse locum indicaret: *καὶ ἐν τῷ αὐτῷ*, quae cur exciderint nemo qui non videat.

Pag. 192.

Demosthenes *ἐν τῇ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου ἐπιστολῇ· Οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέστην τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας, οὔτ᾽ ἀντηλλαξάμην ἀντὶ ταύτης οὐ-*

δὲν, οὐ χάριν, οὐκ ἐλπίδας, οὐ πλοῦτον, οὐ δυναστείαν, οὐκ ἀσφάλειαν.

Leguntur pag. 1468. R. Codex Monac. hic mutilus est, nec his plura exhibet: *Οὔτ' ἐν ἀλλαξάμην ἀντὶ ταύτης οὐδέν.*

Pag. 201.

Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Σπονδίαν ὑπὲρ προικός· Ἔπειτα ὡς ἔλαττον ταῖς χιλίαις ἐκομισάμην.

Sic Krehlius pro *ἐλάττων* dedit ex edit. Asc.; *ἔλαττον* exstat in Codice quoque Monac. In Demosthene Codex Σ' et marg. *F Φ. τὰς χιλίας.*

Thucydidis loca Prisciano laudata haec sunt; pag. 84.

Thucydides primo. Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι ἐπήνει.

Loco *ἐπήνει* Putschius ex codd. *εἰρήνην* dedit, Cod. Monac. *ЄΙΝΑЄΠΙΝΝΝ. Haec nunc quidem frustra quaeras in Thucydide* Krehlius. Verba leguntur libro IV, cap. 62.:

καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους τοσοῦτον ἀγαθὸν εὖ βουλευομένοις εὑρίσκεται· τὸ δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι.

at non Prisciani est error ex primo adducentis quae in quarto leguntur, sed librariorum potius illa priora omittentium, nec cum huiuscemodi figurationes de quibus apud grammaticum sermo est, frequentissimae occurrant, qui locus libri primi exciderit, certo disceptari potest.

Pag. 191.

Αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε. Thucydides in primo: Καὶ τότε αἰσθάνοιντο αὐτοὺς μέλλοντας.

Cod. Monac. *τόγε*; verbum corruptum ex auctore restituendum qui I, 107. haec:

δύσοδός τε γὰρ ἡ Γεράνεια καὶ ἐφρουρεῖτο ἀεὶ ὑπὸ Ἀθηναίων· καὶ τότε ᾐσθάνοντο αὐτοὺς μέλλοντας καὶ ταύτῃ κωλύσειν.

Pag. 262.

Τοῦ ἀντὶ τοῦ ἕνεκα τοῦ· Θουκιδίδης ἐν τῷ Προοιμίῳ· Καὶ τὰς αἰτίας συνέγραψα τοῦ μήτινα ζητῆσαί ποτε, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησιν κατέστη.

Locus est I, 23. pro *ζητῆσαί ποτε* Codex Mon. *ΖΗΤЄ*; eadem verba iam supra pag. 203. leguntur: *Thucydides in principio: Τὰς αἰτίας προσέγραψα πρῶτον τοῦ . . . .* ubi Codex Monac. ut supra: *καὶ τὰς αἰτίας.* Thucydidis verba haec:

διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ μήτινα . . .

utroque igitur loco *καὶ τὰς διαφορὰς* a Prisciano qui *καὶ τὰς αἰτίας* legit, neglecta ut hunc *τὰς διαφορὰς καὶ τὰς αἰτίας . . ἔγραψα πρῶτον τοῦ . .* invenisse credas. Nihil tamen mutandum censeo in scriptore; nam et I, 146. eodem ordine ut par est, *αἰτίαι δὲ αὗται καὶ διαφοραὶ ἐγένοντο*; illud *πρῶτον* altero loco Prisciani an librariorum omiserit incuria, disceptare non audeo.

Pag. 252.

Θουκιδίδης· Προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος.

Cod. Monac. *προσωικωισι*, recte cum Thucyd. libris articulum *οἱ* omittens. Quae ex eodem capite congeruntur pag. 214. in codice Monac. ut Putschius edidit, exstant.

Pag. 253.

προσκαθεζόμενοι τὴν πολιν· Θουκιδίδης· Προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν.

Krehlius: *Θουκιδίδης Α. κεφ. ξά. In libris Thucydidis editis legitur προσκαθεζόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν Πύδναν.* Non Prisciani est error nec illum intellexit locum, sed qui est I, 26, *προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, εἰ δὲ μὴ, ὡς πολεμίοις χρήσασθαι.*

Pag. 186.

Illi dicunt ἑαυτοὺς ἀδικοῦσι pro ἀλλήλους. Thucydides in III. Ἡμέρας τε ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης ᾗ τὰ λαμπρότατα μεθ' ἑαυτῶν πράξαντες, νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν.

III, 59. Optimi Bekkeri codices A. B. cum aliis *μεθ' αὐ-*

τῶν, pauci cum Prisciano *μεθ' ἑαυτῶν*; vulgo *μετ' αὐτῶν*. Codex Monac. . . *ΤΥΠΟΜΙΜΝΗCΚΟΜЄΝ*, et deinde *ἐν ᾗ*. Alius locus hunc praecedens in quo *ἑαυτοὺς ἀδικοῦσι* ut in lemmate notatum est, legebatur, nescio quis excidit.

Pag. 242.

Θουκιδίδης Δ. Βουλόμενος μὲν τῷ λόγῳ καὶ ἅμα εἰ δύναιτο ἔργῳ τῆς Νισαίας πειρᾶσαι.

Cod. Monac. *βουλόμενος τῷ μὲν λόγῳ*; tum *ανα τι δυναται*; in fine recte ex cod. lectione *πιραισαι* Krehlius *πείρασαι* edidit pro Putschii *πειρᾶσθαι*, quod ex codice *e* apud Bekkerum enotatum. In loco libri IV, cap. 121., pag. 250.: *Θουκιδίδης· Προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ* Codex Monac. *ΠΡΟCЄΡΧΟΝΤΟ ωC ΛЄΛΗΤΗΝ*. Illa ex auctoris libris dedit Krehlius scribendum esse putans *ὡς εἰς ἀθλητήν*. Deest in Prisciano lemma, ut quid voluerit haereas, sed eum quod codicis suadent vestigia, in Thucydide *ὡς ἀθλητὴν* legisse certum est. Nam ostendere vult verbum *προσέρχεσθαι* aeque cum praepositione *πρὸς* coniunctum atque sine illa inveniri; ideo Demosthenem, in quo *πρὸς τὰ κοινὰ . . προσέρχονται*, attulit, alterum ut doceat, Thucydidis laudat locum. Iam sequuntur eodem ordine latina exempla, in quibus eadem apparet constructio:

Terentius in Andria: Adeone ad eum? Virgilius in X. Regem adit et regi memorat nomenque genusque. Idem in Georgicorum III. Adit oppida pastor.

Pag. 227.

Ὀλίγον εἰς χιλίους, ἀντὶ τοῦ παρ' ὀλίγον χιλίους. Nos, paulo minus mille. Θουκιδίδης Δ. ἱππῆς δὲ οἱ πάντες ἠκολούθουν Μακεδόνων ξὺν Χαλκιδεῦσιν ὀλίγου εἰς χιλίους.

Ex Prisciano Thucydidi *ὀλίγου* redditum, cuius libri omnes *ὀλίγῳ* praestant. Codex Monac. *οὐ παντης* et deinde cum multis auctoris codd. *σὺν*. In verbis quae pag. 228. ex libro VII, 29. laudantur, *τὸ γὰρ γένος τῶν Θρᾳκῶν* Cod. Monac. mire *δὲ τὸ γένος τῶν θρᾳκῶν*; Thucydidis libri *τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν*, sed alterum *τὸ* cum Prisciano bonus Bekkeri codex B. omittit.

Pag. 201.

Ἐμποδὼν pro in praesenti dicunt. Thucydides in VIII.: Τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπεῖν

Eadem Thucydidis verba Suidae, Etymologo, haud dubie ex eodem quo dedit Priscianus fonte hausta laudantur; equidem illa in auctore frustra quaesivi, nec ibi inventum iri puto.

Pag. 253.

Ἡρόδοτος Α. Καὶ φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσχοντας ἁρπάσαι τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην.

Illud *καὶ* deest in auctore, nec ullo modo ibi ferre potest; sed non Prisciani est error. Quae enim praecedunt verba, exciderunt: *μετὰ δὲ ταῦτα Ἕλληνας, οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι φασὶ κ. τ. λ.* quorum ultima syllaba *αι* adhuc restat.

Pag. 241.

Herodotus historiarum primo: Παιδὸς περὶ τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε.

Codex Monac. cum Herodoti libris: *παιδὸς μὲν περὶ*; in fine auctor *μνησθῆτε ἔτι*, Codex Monac. *ΜΝΗCΘЄCЄΛΟΙ* i. e. *μνησθήσεσθαι*.

Pag. 257.

Ἡρόδοτος· Συνέγνω τὴν ἁμαρτάδα. Similiter Latini Ignoscit culpam.

Locus est I, 91.: *ὁ δὲ ἀκούσας συνέγνω ἑωυτοῦ εἶναι τὴν ἁμαρτάδα, καὶ οὐ τοῦ θεοῦ.*

Pag. 255.

Attici πυνθάνομαι ὄντα. Ξενοφῶν ἐν Ζ Παιδείας. Ὅπου ἂν αὐτὸν πυνθάνοιτο ὄντα.

Non notavit Editor locum, ubi legatur, omittit quoque Schneiderus ad Xenophontem alias cum cura Prisciani laudans auctoritatem; nec ut hic sunt scripta, in vulgatis Xenoph. libris leguntur. Codex Monacensis, ut et Krehlius monuit, *ΠΤΝΘΑΝΟΝΤΑΙ* id est *πυνθάνωνται*. Haec legis in Xenoph. Cyrop. VII, 37. *Γαδάταν δὲ καὶ Γω-*

βρύαν ἐκέλευσεν, ὅτι δύναιντο λαβόντας καλὸν κόσμημα ἀνδρὶ φίλῳ καὶ ἀγαθῷ τετελευτηκότι μεταδιώκειν· καὶ ὅστις εἶχε τὰς ἑπομένας ἀγέλας καὶ βοῦς καὶ ἵππους εἶπε τούτῳ καὶ ἄλλα πρόβατα πολλὰ ἐλαύνειν, ΟΠΗΙ ΑΝ ΑΥΤΟΝ ΠΥΝΘΑΝΗΤΑΙ ΟΝΤΑ, ὡς ἐπισφαγείη τῷ Ἀβραδάτᾳ. Sed Codices Altorfinus et Budensis idem, quod Priscianus legit, servant: πυνθάνωνται, quod praecedente ὅστις male exsulavit; deinde pro ὅπῃ codices ὅποι exhibent, ut veram esse Prisciani lectionem, abunde constet. Aliud exemplum de transitu singularis, in multitudinis numerum memoratu dignum apud Demosthenem exstat κατὰ Τιμοκρ. §. 85. Bkk. *Τίς γὰρ οὐ ποριεῖται φαύλους ἀνθρώπους, οὓς ὅταν ὑμεῖς ἀποχειροτονήσητε, ἀπαλλάξονται*; ita enim optimi Codices legunt, in quibus princeps ille Σ; ab aliis qui talia grammaticae rationi minus congrua concoquere non poterant, in ἀπαλλάξεται mutatum.

Pag. 225.

> *Ὀκνῶ τούτοις καὶ ὀκνῶ τοῦτο. Ξενοφῶν· Τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους οὕτως αὖ οἱ πέλτασται ὤκνουν. Οὐδένα κίνδυνον ὀκνήσας οὐδὲ ἀπολογησάμενος·*

Xenophontis locus est Hellen. IV, 4, 16. a Schneidero ex Prisciano restitutus. Quae sequuntur non sana sunt verba ex Demosthene hausta περὶ στεφάνου pag. 294. R.

> *ὅσον ἐγὼ μὲν ἔδωκα ἐμαυτὸν εἰς τὰ πᾶσι δοκοῦντα συμφέρειν, οὐδένα κίνδυνον ὀκνήσας ἴδιον, οὐδ' ὑπολογισάμενος, σὺ δὲ κ. τ. λ.*

hic oratoris nomen negligi non poterat, et fort. alia quoque exciderunt graeca, quae stabiliebant dativum, ut verum sit quod priore in loco Codex praebet Monac. τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους.

Pag. 189.

> *Attici ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς. Xenophon Ἑλληνικῶν Δ. Ἦν δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ εὔχαρίς τε οὐχ ἧττον τοῦ Θίμβρωνος, μᾶλλον δὲ συντεταγμένος καὶ ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς.*

Codex Monac. omisso articulo οὗτος ἀνὴρ; tum *ЄΥΧΑΡΙCЄ ΟΥΔЄΝ ΝΤΤΟΝ ΤΟΥ ЄΙΒΡωΝΟC*; praestat sane οὐδὲν ἧττον; Θίβρωνος Xenophontis quoque libri. De veritate μᾶλλον δὲ, quod solus servat Priscianus, Schneiderus dubitare non debebat; conf. Poppo Observ. Thucyd. pag. 26. Haack. ad III, 52; ipse Xenophon in his libris VI, 5, 30. VII, 1, 24. Pro ἀρετῆς Xenophontis libri omnes στρατηγός.

Pag. 188.

> *Illi dicunt ἔγγιστα τόσον καὶ τόσοις καὶ τόσοι. Xenophon Agesilao: Ἐκείνοις τοίνυν ἀγγελίας μὲν ἐλθούσης αὐτῷ ὡς ἐν τῇ Κορίνθῳ μάχῃ ὀκτω μὲν Λακεδαιμονίων, ἐγγὺς δὲ μύριοι τῶν πολεμίων τεθναῖεν. Καὶ ἐν τῷ Ἱππαρχικῷ· Καὶ ἡ πόλις ἀνέχεται δαπανῶσα ἐγγὺς τετταράκοντα τάλαντα. Ἀλκαιὸς κ. τ. λ.*

Priore in loco Priscianus scripsit ἐν τῇ ἐν Κορίνθῳ μάχῃ; sic enim Codex Monac. qui paulo post μυρίων cum quibusdam Xenophontis libris, invito Prisciano ut videtur, si lemmati fides praestanda; pro τεθναῖεν Codex Monac. *TЄЄЄ NACI*. Alter Xenophontis locus exstat Hipp. I, 19. pag. 265. Schn. ἐπιτήδειον δὲ ὑπομιμνήσκειν, ὅτι καὶ ἡ πόλις ἀνέχεται δαπανῶσα εἰς τὸ ἱππικόν ἐγγὺς τετταράκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαύτου. Codex Prisciani ἀνέχεται ΔЄ δαπανῶσα; puto δή.

Pag. 173.

> *Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων primo: Ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυε.*

Cod. Monac. cum Prisciani et Xenophontis libris et hic et pag. 193. ἐπεδείκνυεν. Quae sequuntur: ἐν τῷ αὐτῷ. *Ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη*, Editor nulla ratione omisit; mutila et hinc supplenda repetita leguntur pag. 193. Codex Monac. non haec modo, sed Lucani etiam locum praebet his verbis: *Lucanus, in quo tempore primas impendit ad noctem iam lux extrema tenebras.* Eadem Lucani denuo laudantur pag. 193. ubi male *Lucanus in octavo;* scribendum utrobique *Lucanus in quarto;* leguntur enim v. 446. ubi codicum lectio *impedit* (ita enim et hic Codex Tegerns.) Prisciani auctoritate ab editoribus firmari debebat; sex e nostris codd. *impedit* servant cum

gl. *impellit*; alius in textu et duo in marg.' *impetit*; vulgo *impulit*.

Pag. 69.

Xenophon Ἀπομνημονευμάτων *primo*: Ἀλλὰ Σωκράτης γ' ἔφη ὁ κατήγορος, τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε πείθων μὲν τοὺς συνόντας ἑαυτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων. [*Idem in eodem*: Ἀλλὰ Σωκράτης γ' ἔφη ὁ κατήγορος οὐ μόνον τοὺς πατέρας], ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι.

Quae inclusimus, in utroque desiderantur codice, oculis a voce πατέρων ad sequens πατέρας aberrantibus; Codex Monac. et Tegerns. ἔφη κατήγορος omisso articulo; iidem postea *TωIC AΛΛOIC* et in fine συνοῦσιν. Quae pag. 86. ex hic libris laudantur, hac varietate ab auctore dissentiunt: Xenophontis libri τοιάδε διαλεχθῆναι περὶ νόμων, apud Priscianum τοιαῦτα διαλ. π. νόμου, sed in Cod. Monac. dilucide νόμων exaratum legitur.

Pag. 193.

Αἰσχίνης Τηλαύγει· Τῆς σῆς διανοίας ἔτι μιᾶς γενομένης ἀγαθόν τι ἀπολαυσόμεθα. *Idem*: Καὶ Σόλωνος ἔφην ἐγὼ τούτοις νόμους τιθέντος ὁμοίως καὶ Ἀθηναίοις ἔτι καὶ νῦν μεγάλα ἀγαθὰ ἀπολαύομεν.

Haec omnia sensu carent; pro ἔτι μιᾶς Codex Monac. *CITTΔAIAC* id est σπουδαίας, idem ἀπολαυσώμεθα. Quae sequuntur misere corrupta sana servantur in libro nostro; loco τούτοις νόμους τιθέντος legitur τούτους τοὺς νόμους ἐθέντος, scribe θέντος et fort. articulus τοῦ quoque inserendus; pro καὶ Ἀθηναίοις ibi exstat *KATATEENEωTOC*, et tota sententia haec est: καὶ Σόλωνος [τοῦ] τούτους τοὺς νόμους [ἡμῖν] θέντος ὁμοίως κατατεθνεῶτος. ἔτι καὶ νῦν μεγάλα ἀγαθὰ ἀπολαύομεν.

Alius ex Aeschine locus legitur pag. 84.

Aeschines ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὑπὲρ Θεμιστοκλέους: Αὗται μέγισται ἐλπίδες ἦσαν Ἀθηναίοις περὶ τῆς σωτηρίας ἅσσα ἂν ἐκεῖνος περὶ ἐκείνων βουλαίσαιτο.

haec cum multis aliis servavit Aristides pag. 363. Cant. ubi his incipit sententia verbis: καὶ δὴ αὗται; Loco ἦσαν quod et in cod. Monac. Putschius ἄν. Pro περὶ ἐκείνων Aristides ὑπὲρ αὐτῶν; Cod. Monac. περὶ αὐτῶν; idem liber graece Αἰσχίνης.

Pag. 270.

Attici χάριν σὴν *pro* εἰς σὴν χάριν· Πλάτων Φαίδρῳ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, χωρητέον χάριν σήν.

Codex noster συχωρητέον; verba leguntur pag. 234. Steph. εἰ γὰρ δεῖ συγχωρητέον χάριν σήν; Priscianus ἀλλ' εἰ δεῖ invenisse videtur. Alia ex Phaedro laudantur pag. 204. ubi in Prisciano ὁ γὰρ οὔτε, apud Platonem ὁ δὲ οὔτε, sed in codice Monac. prima duo verba desiderantur. In loco ex Lyside pag. 149 seq. liber noster cum vett. edd. quod in nullo Bekkeri codice, ἑαυτῷ τ ε καὶ τῷ υἱεῖ.

Pag. 268.

Illi ὑπολαμβάνω *pro respondeo Plato in Protagora*: Πολλοὶ οὖν αὐτῷ ὑπέλαβον τῶν παρακαθημένων, ὁποτέρως βούλοιτο οὕτος, διεξιέναι.

recte apud Platonem οὕτω διεξιέναι. In codice nostro haec sunt: *ΠOΛΛOTNAΠOT TΠOΛABONTωN ΠAPAKAΦEMENωΠONωTEPOC BOTΛOTTO OTTOC EHEΞEINAI*; Priscianus igitur οὕτως ἐπεξιέναι in suo libro invenisse videtur. In verbis ex Charmide pag. 150. pro ἐστόν Codex Mon. εςιν; deinde καὶ ἐγὼ μὲν εἶπον, idem cum vett. edd. αὐτῷ omittit, et quod de suo dedisse videtur editor in fine articulum τό. Pag. 232. ex Platone Krehlius scripsit οὐ τὸ ἐν βαδισμῷ, οὐ τὸ ἐν λέξει; Putschius cum Cod. Monac. οὔτε . . οὔτε a Bekkero receptum.

Pag. 204.

Plato Κρίτωνι· Νῦν δὲ οὔτε ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνῃ, οὔτε ἡμῶν τῶν νόμων ἐντρέπῃ.

Cod. Mon. αἰσχύνει . . ἐντρέπει; sed male idem οὔτε ἡμῶν ο ὔ τ ε τῶν νόμων; alia ex Critone pag. 228.

Attici ὅμοιός ἐστι λόγος καὶ πρότερον. Πλάτων Κρίτωνι· Ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, οὗτός τε ὁ λόγος ὃν διεληλύθαμεν ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι καὶ πρότερον· ἀντὶ τοῦ οἷος πρότερον·

dilucide scriptum in Cod. Mon. δοκεῖ ἔτι ὅμοιος quod ex

tribus libris primus dedit Bkk. quorum auctoritati Priscianus accedit; in Platone vulgo *εἶναι τῷ καὶ πρότερον*; variant tamen mire ibi codices; ex nostro locum esse emendandum Buttmannus pag. 109 docet. Pag. 254. Cod. Mon. *Πλάτων ἐν Κρίτωνι*, et pag. 259.

> *τελευτᾶν τὸν βίον. Πλάτων Κρίτωνι· Καὶ ἀνάγκη δὴ εἰσαύριον ἔσται, ὦ Σώκρατες, τὸν βίον σε τελευτᾶν.*

Codex Monac. . . . *ἀνάγκη ἤδη . . . ἔσται σε ὦ . . . βίον ΤΕΛΕΠΑ.* Infeliciter lapsus est Editor novus pag. 263. *Πλάτων Κρίτωνι· τὸ σὸν μέρος quod plerique dicunt τὸ ὅσον ἐπί σοι.* Putschius addidit *ὅταν τύχωσι τοῦτο πράξωσι·* Cod. Monac.: *καὶ τὸ σὰν μ. ὅταν τιχοσιν ουτω πραξωσιν.* Verba leguntur pag. 148. Bkk.: *καὶ τὸ σὸν μέρος ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσι.*

Pag. 257.

> *Attici συνίημι τῶν λόγων καὶ τοὺς λόγους· Πλάτων Ἴωνι· Οὐ γὰρ ἂν γένοιτο ἀγαθὸς ῥαψῳδὸς, εἰ μὴ συνίῃ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιήτου.*

In Platone pag. 172. Bkk. loco *ἀγαθὸς* libri omnes *ποτὲ* praebent; haud scio an utrumque sit conjungendum *γένοιτό ποτε ἀγαθὸς ῥαψῳδὸς*; quidni enim rhapsodus fieri possit, etiamsi poetae dicta non cognita habeat? num bonus aliud est. Bekkerus ex Σ scripsit *συνείῃ*, idem Cod. Monac. Priscianus, qui pergit *τα λεγομεναι ποιητου*, omissis *ὑπὸ τοῦ*.

Pag. 149.

> *Plato in Alcibiade II.: Πάντας οὖν ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι ὀρθῶς ἂν φαίημεν. In eodem: Καὶ τό γε ἔσχατον εὐχόμενοι ἡμῖν αὐτοῖς τὰ κάκιστα, ὅπερ οὖν οὐδεὶς ἂν οἰηθείη, ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο ἱκανὸς εἶναι αὐτὸς αὑτῷ τὰ βέλτιστα εὔξασθαι ἀλλ᾽ οὐ τὰ κάκιστα· τοῦτο μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς κατάρᾳ τινὶ, ἀλλ᾽ οὐκ εὐχῇ ὅμοιον ἂν εἴη. In eodem Κακὸν ἄρα ὡς ἔοικέν ἐστιν ἡ τοῦ βελτίςου ἄγνοια καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον. Ecce et ἂν et ἄρα affirmative posuit.*

Secundo in loco Cod. Monac. Ascens. Putsch. *οὖν* omittunt; excidit ut videtur sequente *οὐδεὶς*; *ἂν* quod in Platonis libris desideratur, Bekkerus pag. 281. recepit; pro *ἱκανὸς* Bekkeri codices *Σ Τ Β C n. v* et pr. *I ἱκανῶς*; *εἶναι* om. eius codex *E*; Priscianus [in Cod. Monac. Ascens. Putsch.] utrumque ignorat, et insititia sunt; quae enim praecedunt *ὅπερ οὖν. οὐδεὶς ἂν οἰηθείη*, ea maiore cum vi sine negatione firmantur *ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο*; iam quid illud sit indicatur. Haec dicendi ratio Gorgiae inprimis frequentata. Ad literam in Monac. *ΑΛΛΑ ΤΟΥΙΔΙΓΕΤΙΕ CΑΝΟΙΟΙΤΟ ΑΥΤΟC ΕΥΤωΙ. ἑαυτῷ* etiam in edit. Ascens. et Putschii; iidem paulo post cum Monac. *καὶ κατάρᾳ*. Tertium locum libri illi a priore non disiungunt; desunt enim *in eodem*, qui et in fine verba *καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον* omittunt; vid. Buttmannus pag. 188. Codex Monac. *κακὸν ἄρ᾽ ὡς*.

Pag. 162.

> *Idem in Gorgia: Ὥστε ἔμοιγε κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε.*

ultimum verbum ex Platonis libris dedit Krehlius pro *χαριεῖσθαι*; eadem recurrunt pag. 185. ubi infinitivum intactum reliquit. Locus auctoris ex Prisciano restituendus; dedit Bekkerus pag. 27. ex *ΦCI ἐθέλητε* ne linguae vitium inveheretur; ceteri omnes optativum servant, quem et Priscianus legit; nam in priore loco *non solum εἰ, sed et ἵνα et ὅπως etiam optativo conjungi Atticis* praemittit; tum sequuntur illa Gorgiae in quo neque *εἰ*, neque *ἵνα* et *ὅπως* invenitur. Altero loco praecedunt: *apud illos tam ἐὰν quomodo et ὅπως et ἵνα optativis conjunguntur*, scribe cum cod. Monac. *εἰ* quod in superioribus exstat; inde in Platone nostrum *εἰ* legisse patet, sed iam vide ex Cod. Mon. varietatem: *ωCΤΕ ΕΙ ΜΟΙΓΕ ΚΑΙ ΤΗΝ . . . ΙΕΕΛΟΤΙ ΔΙΔΛΕΙ ΕCΕΑΙΧΑΡΙΕΙCΕΑΙ.* Codex Tegerns. pauca haec more suo: *ωCΤΕ ΕΙ ΛΙΟΙΤΕΕΛΙCΕΑΤ* mediis omissis. Scripsit igitur hic Priscianus *ὥστε εἰ ἔμοιγε καὶ τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι χαριεῖσθαι.* Secundo in loco idem Codex Monac. ne illius lectionis dubitatio sit, *ωCΤΕΙ ΜΟΙ ΚΑΙ . . . ΘΑΝΝΕΕΛΟΙΤΕ . . . ΧΑΡΙΕΙCΕΑΙ: ὥστ᾽ εἴ μοι καὶ* . . . sic optimorum codicum lectio *ἐθέλοιτε* firmatur;

χαριεῖσθαι quod utrobique apud Priscianum, vetustissimo Gorgiae codice, 𝔄, probatum est.

Pag. 233.

Τὸν αὐτὸν τρόπον. Πλάτων Εὐθυδήμῳ· Καὶ οἵγε στρατηγοὶ ἔφη τὸν αὐτὸν τρόπον.

Haec leguntur cap. 45. pag. 430. Bkk.; docere vult Priscianus τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ pro ὅνπερ dici, ut sequens Demosthenis ostendit locus; exciderunt igitur in Prisciano plura Platonis verba nec unquam desiderari possunt ὥσπερ οἶμαι οἱ ὀρτυγοθῆραι τοῖς ὀρτυγοτρόφοις παραδιδόασιν. Supra omnes Platonis libri ἔφη οὕτω τὸν, et ita fort. etiam Priscianus; rasura enim est in cod. Mon. qui sic . . . *CTPATЄΓOΥ* *HTON*. Quae leguntur pag. 213: *Plato: Θαυμαστὸν γάρ τινα ὦ Κρίτων ἀνὴρ κατῆρχε λόγον οὗ σοι ἄξιον ἀκοῦσαι* exstant in Euthydemo pag. 283. Steph. pag. 416. Bkk.

Pag. 261.

Attici τὶ e supervacuo adiiciunt. Πλάτων συμποσίῳ· Ἐᾶτε αὐτόν· ἔθος γάρ τι τοῦτο ἔχει.

Codex Monac. *ЄATЄAΥΘO ЄKTOC* . . . pag. 259. haec exstant: *Attici θεοῖς τὰ ἱερεῖα τὰ ἐπινίκια ἔθυεν* ubi Putschium ἱερὰ habet, editor novissimus e Cod. Mon. lectione *HΥΤCTЄPAIA* de suo reposuit τὰ ἱερεῖα. Neque quae praecedunt nec quae sequuntur inspexit, sed ne longus sim, vide haec Platonis verba in conviv. init. pag. 370.:

κἀγὼ εἶπον ὅτι παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων τῇ ὑ σ τ ε ρ α ί ᾳ ᾗ ᾗ τ ὰ ἐ π ι ν ί κ ι α ἔ θ υ ε ν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί.

In loco ex Theage pag. 150. Cod. Mon. σὸν addit cum Platonis libris τὸν σὸν υἱόν; Priscianus σοι ἔδοξε, apud Platonem ἔδοξέ σοι; reliqua apud Krehlium notata.

Pag. 231.

Attici ὅτι κάλλιστος pro ὡς κάλλιστος. Πλάτων Ἀλκιβιάδῃ· Προστέτακται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ γενομένου παιδὸς καὶ ὅπως ὅτι κάλλιστος ἔσται μηχανᾶσθαι ἀναπλάττοντας τὰ μέλη τοῦ παιδὸς καὶ κατορθοῦντας.

Leguntur haec verba in Alcib. I. cap. 36. pag. 340. Bkk.; prius παιδὸς cum omnibus auctoris libris et cod. Monac. inducendum; ille codex in seq. καὶ ὅπως καὶ ὅτι. Pag. 161. Krehlius edidit ἐγὼ δὲ, recte cod. Mon. cum Platonis libris ἐγὼ γὰρ, idem tum pro διήλθομεν scribit *δINAЄON*, hoc est διῆλθον quod Bekkerus ex 𝔄 *Δ Π U p et pr Τ* reposuit, tum pergit ἀγαπῶντα καὶ οἰόμενον δ ε ῖ ἐ π ὶ τ ο ύ τ ο ι ς καταβιῶναι . . . Paulo post (pag. 303. Bkk.) codex pro νῦν ἔφηκε legit ut apud Platonem νῦν δὲ ἔφηκε. Ibidem pro εἴ τίς σοι εἴποι θεῶν liber noster *ЄΠΙ COI ЄΠOI ЄЄωN AΛKIBIAΔH* (pag. 302. Bkk.), clarius hic in Tegerns. *ЄI TI COI ЄIΠOI* . . . Priscianus igitur ὦ vocativo praemissum omisisse videtur. Pag. 162. ex verbis δοκεῖ οὐκ εἴα ὁ θεὸς in nostro haec tantum restant: δοκεῖ *AOЄЄOC*.

Pag. 244.

Attici πλείω ἡμέρας τρεῖς καὶ πλείω ἡμερῶν τριῶν; nos quoque plus tres dies et plus tribus diebus. Πλάτων Ἐπιταφίῳ· Καί μοι αὐτὴ ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω τρεῖς.

Cod. Mon. *KAI ЄTMOI* i. e. ἔτι; Platonis libri omnes πλείω ἢ τρεῖς.

Pag. 195.

Illi ἀπέχομαι τούτου καὶ τοῦτο . . . Plato πολιτειῶν primo: Οὐκ ἀπεσχόμην τὰ μὴ διὰ τοῦτον ἐλθεῖν.

Codex noster recte τὸ μὴ οὐ, tum διὰ τούτων; apud Platonem pag. 56. Bkk. legitur οὐκ ἐπὶ τοῦτο. Quae pag. 245. laudantur: *Πλάτων πολιτείας τρίτῳ· Πολὺ δὴ ἥδιστος παῖς* non integra servata; leguntur pag. 128. Bkk. ἀλλὰ μὴν, ὦ Ἀδείμαντε, ἡδύς γε καὶ ὁ κεκραμένος, πολὺ δὲ ἥδιστος παισί τε καὶ παιδαγωγοῖς ἐναντίος κ. τ. λ. Mutila quoque in nostro codice exstant quae pag. 218. afferuntur; etenim pro verbis ὡς δὲ λεκτέον ἔτι ἐπισκεπτέον εἶναι nil nisi *OCΔЄ* praebet. Locus ex Platonis legg. a Prisc. pag. 187. laudatus exstat pag. 944. Steph. (287. Bkk.), ubi codex δετυ pro δ' ὅτι, et qui subsequitur corruptus est; ἐγγυτάτος enim cum Prisc. adverbium ad partes vocet,

necessario in ἐγγύτατα mutandum. Pag. 232. cum nostro codice et Platonis libris apud Bekkerum (pag. 11.) pro δὲ reponendum δή.

Quae ex codice Monac. ad restituenda graecorum scriptorum loca pro virili nostro, erant monenda, haec sunt; (praeterea enim quae addi possunt, in Krehlii editione iam occupata invenies) ut viri docti, quantum si bonos adhibeas libros, et Priscianus et quos laudat auctores adiuvari possint, perspiciant a nobis congesta; ac si non inutili prorsus hoc labore defunctus sum nec harum rerum studiosis leve istud specimen improbabitur, id quod maxime volui, satis superque mihi contigit.

VARIETAS LECTIONIS

CODICUM PARISIENSIUM a, b, c.

Marci Varronis viri peritissimi ac prestantissimi liber primus de lingua latina ad Marcum Tullium feliciter incipit Amen. — Codex b.; rubris haec exarata sunt literis.

MARCI: TERENTII: VARRONIS DE: LINGUA: LATINA: DE DISCIPLINA: ORIGINV̂ VERBORUM: AD CICERONEM: LIBER QUARTUS: FELICITER INCIPIT. — Codex c, literis partim nigro, partim rubro scriptis colore.

Deest libri inscriptio in codice a.

12, 1 *in* om a 2 *institutuo* b — *de his* om b c 3 *septimo* b — *est* om b 4 *ἐθιμολογικὴν* a *ethimologiam* b *etymologicen* c — *περὶ σημαινομένων.* lacuna in a b c *contra ea* b — *dicentur* c 6 *a' quibus* a item infra bis *a' qua re* 7 *latina* om a

13, 1 *quoi* a, *cui* c 3 *cum* b c — *sequitur* a b c 4 *pertendo* a b c, quod reponendum 5 *cum* b c — *pertendi quod pertendit* b 7 *priores* c 8 *quur* a, qui sic ubique — *sint gregi vocant* a 9 *ἐθιμολοΓιαις* a, *ethimologiam* b, *ethimologian vocant* c 10 *duas* c

14, 1 *ex illius* a 2 *quia* b 3 *deltuit* c — *neque extat* a — *modo* b 5 *maneret* b — *litteris* a, qui sic ubique, *licteris* b et ita in seqq. — *comutatis* a — *interpollata* a, *sint interpellata* b 6 *orrigo* a 8 *tunc* a, *cum* b 11 *tua cā* c — *illustris* b 12 *Unde* b — *opportere* a

15, 1 *in eos* a b 2 *qua cum* a b, *q̊ cum* c — *impotentem* a b c — *ut eo* b 3 *postquam* b c — *impost* c 4 *potem quam* b 5 *Quom puerum* c 6 *nunc* b, ut videtur 7 *secundum* a — *quem videt* b c

16, 1 *fugit* b, *fugiunt* c — *Muti e* b; *mutiq* c — *nequit retrahere* a 3 *Idem sequi vero* b — *mediocris* b c 4 *insiluit* b 5 *non* om b c 6 *oblecta* b c; *dicta* a 7 *ac veterum* a b c, quod reddendum 9 *literarum* om a — *coniunctio* c — *animadvertit* a

17, 1 *facilius servari* a; *facilius scrutari* b; *facilius se* om c — *patienter* c — *repperiet* a, *reperiret* b 4 *dempcione* b — *eorum* b c — *arctationem* a c, *artacionem* b 5 *productionem* b 6 *quae quum* a — *qui eiusmodi* b, *qui quoiusmodi* a c 7 *admonendum* a, *commovendum* b

18, 1 *putavit* b — *nun* a 2 *exemplandi* a; *explandi* c 3 *Imfimus* a, *infimus* b c, quod reponendum erat — *esset populus* b 4 *aretofodinae* a, *areto fodine* b, et conjunctim c; haud scio an idem in Florent. legatur, ut Turnebi emendatio sit reponenda — *viocorus* a b — *secundus* b et hic in mg. *alr̄ primus* 5 *a quo* b — *descendit* a b c

19, 2 *quod declinarit* om b c — *pacu* a, *pacui* c, *parvi* b 5 *cervice ruicum* a, *incervicervicum* c, *in cervice et urtum* b

20, 2 *clamide* a b c — *dupeta* b — *bachium* b, *bracchium* a c 3 *physcosophia* a — *ascendens* a b c 5 *datum ēē opidum* b 7 *scientiam* om a — *oppinionem* a 8 *fecit* a b c 9 *sumus* c — *attingero* b, *attigert* c 11 *ab* b c — *ad* alterum om a; *deantis* b, *cleantis* c

21, 1 *lucubram* b 3 *quaerere* om b, *quare* a, *qr̄* c — *eo in* b 4 *causa* c — *negligere* a b c — *r ex latinis* b, in quo *r* saepius locum conj. *et* tenet 5 *cum* a b c — *quam . . . delecter* om a; *antiquis . . . delecter* om b 7 *mea* om b c 8 *lenio* b — post *relicta* in c versus fine unius vocis vacuum spatium 9 *in* om b

22, 1 *a nostra* b 2 *oblivis* a — *reliquam* b 3 *partem quo ita* b, *partem q⁰ ita* c — *ita oppinor* a, *ita opinor* b 4 *fiunt in secundo* b 5 *et* om b — *in iis* a 6 *re opis* b 7 *pitagoras* b, *pictagoras* a c 8 prius *et* om c 9 *noctem et diem* b c 10 *staret agitatur* b 12 *quadipartito* a, *quadripartio* b, *quatupartitio* c — *sit* b 13 *quam* b, *tempus . . . currit* om b

23, 1 *ut in eo fere* a, *ut ora fere* b, *qui* om seq. *omnia* 3 *fuerint* a b c et reponendum — *eius animi* a b c 5 *alterum quod ubi* b — *neque is* a, *neque ubi his* b c 6 *initiorum igitur* a 8 *enim horum* a b, *N. horum* c

24, 1 *de quis locis* a b c 2 *quae* b, *congnatio* c, *cognicio* b 3 *verbi erit* b — *persequamur* b 4 *limite* c 5 *cum non* b 6 *ad agricolam* a b c cum Flor. et Havn., hoc ipse volui; vitiose excusum *ac* 8 *cura* a — *calcione* b

25, 1 *quid locatum* b, ut videtur — *dicitur* a 2 *collocatum* a b c 4 *illocabili* b 5 *cuiquam* a b c 7 *tēca* a, *trita* b — *fanus* a — *in civium maro* vel *moero* c, *in civium muro* a, *in cauû* b 8 *locavi* om b 9 *quicquam* a, *quisque* b — *precio* b

26, 1 *quoadusque* c, ut videtur — *usque ademit* b — *quod in* b — *alio* a 2 *inlocarium* b c, *mocarium* a 3 *ubi nascendi* om a 5 *natura* a b c 6 *primo* b — *terra et celum* b c, *tertia et celum* a 8 *terra* b

27, 2 *in quo* b c — *esse siria* a 3 *in quo* c — *ac provincia* a b c 4 *dicitur . . . modis* om a b c — *summa* b 5 *Stella* c — *quom demonstravit* a, *cum demostrat* b, *cum demonstrat dicat* c; transpone *quom demonstrat dicit*, sic enim libri fere omnes 6 *unde ortum superque* b 8 *cui* a b c 9 *quod unde* b — *memorane* a 11 *unum* a c — *facit* b c

28, 1 *genitale* a 2—3 *quod celatum quod apertum est* b — *aut contrario* a 5 *vero minus* b 7 *ego magis* b c 8 *chouum* a, *conum* b, *choncavum hodie dicimus* c — *hoc . . . caelum* om b 10 *andromada* b, *androma* a c — *noctique* a b c

29, 3 *Agamenonis* a, *Agamenon* b, *Agamenno* c 4 *clippeo* a, *clipeo* b c, sic semper 5 *iter* b — *nationem* a c, *macionem* b 6 *celum* b 7 *cavet et* b c, *caville* b omisso seq. *et*; *cornualis* b, *canvallis* a

30, 1 *cavace cavicione* c — *cavium sic* a c 2 *Vunde* a — *isiodum* b — *cavo chao* b, *chao cano* c 3 *he-*

lius b 4 *augurium* c 5 *communis* om a 8 *messi* a c — *cum* b — *et . . teritur* om b

31, 1 *hin* a 2 *eae partis* c, *eae partes* a, *hae partes* b — *item* c, om b; *limitare iter* a 3 *cum in latino is* a, *cum his in latino* b, *cum is. In latino* c 5 *quod* a, *quod termon* b c cum lacuna; quae nos dedimus *pote vel illinc,* ex Paris. non allata sunt. — *evadere* b 6 *archas* b, *aras* c — *vias quidem* a c, *via quidem* b

32, 1—3 *iter . . . ambitus* om b c 2 *circueundo* a 3 *habitus et circuitus* b — *duocedim* a 5 *terra tera* b 6 *sola arae* a, *sola ter'um* c 7 *eandem* a — *Enium* c, *Ennius* a b 8 *terra* b

33, 1 *a quod* b — *is humanus* c 2 *sit* om a c — *ab eo quia* b 3 *in . . . aut* om b; *sepulchrum* a, *insepulchrum* c; *ablecta* c; *gheba* a — *si eos* b c 5 *pingando* c; *homo est opertus* a, *homo est opertum* c, *humo est optimus* b 6 *quod* a b 7 *humum ut* a b c

34, 1 *declinato* a b c 2 *Aetruria* a, *et etruria* b — *tuscia* a b c 3 *lacius* b 4 *cognominatis* a — *penestre penestinus* b 5 *aracinus* b — *publice dixerunt* a b ut videtur 6 *sabinus* b 7 *dictus unde Roma* om a 8 *ab Romo* c, *a Romo* a, *a romo* b 9 *sabinus* b — *gabis* a b c

35, 2 *a* om a b — *eo enim* ut videtur a, *eo quod ex* b 3 *progrediabantur* c 4 *quo sine* b, *q̊ sive* c 5 *a reliquo* a 6 *ager* om a b c et delendum 7 *ignoratus* b 8 *et . . . agebant* om b

